



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Tractatvs IV. De Adoratone, qua Summum Pontificem Catholici
venerantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

TRACTATVS QVARTVS.
DE
ADORATIONE,
QVA SVMMVM PONTIFICEM
Catholici venerantur.

RESOLVTIO PRIMA.

An sit licita adoratio, quam Christi fideles Summo Pontifici præbent?
Et negativa sententia Hæretorum affertur? Ex p. 11. tract. addit. 1. Ref. etiam 1.

S. I. RETICI hostes infensi Romani Pontificis prorsus variis scismaticis, & dæterii adorationem Pontificiam imperunt, ac lacerant; & idem Theodosius Reinhardi, in tract. de regim. scacul. & Ecclesiast. lib. 1. class. 2. c. 4. num. 55. sic ait: Pontifices se proficitur seruos seruorum verbotenus, re ipsa tamen volente esse dominum dominantium, & habere ius Regis Regum, Iason in l. rescripta, Cod. de prec. imper. offer. vide Iacob. Fab. in pref. insit. Ergo Papa in verbis se dicit seruum seruorum, de facto tamen se adorari permititur. An non hoc est, humiliatis vestes, in superbia, & ambitione, stolam conuerte? Huc pertinet, quod verissime simil, ac veruissimum dixit Cornelius Agrip. omnium admirabilium admirationem hoc vincit, quod nostri Sacerdotes istem mediis se Cœlum posse ascendere putant, quibus olim Lucifer Cœlo decidit, vt refert Melissius de regim. Eccles. concl. 143. Gregorium Magnum primum se seruum seruorum Dei appellasse, & Constantiopolitanus Patriarchæ vniuersalis Episcopi titulum decreto abrogasse. Quæ vero huius assumpti tituli causa me latet: id tamen ex historia sacra occurrit, quod Noë describens filium suum Cham maledicendo imprecatur, quod futurus sit seruos seruorum fratribus suis Genes. 9. v. 25. Hæc ille virulenter contra Pontificem euocavit, & alij eiusdem farinæ homines probant hanc sententiam. Primum exemplo D. Petrus in ut scribit S. Lucas Act. 10. Factum est cum introisset Petrus, obuius ei venit Cornelius, & procedens ad pedes eius adorauit; sed statim Petrus hanc adorationem recusauit, subdit enim ibi S. Lucas: Petrus autem eleuauit eum, dicens: surge, & ego ipse homo sum: Ergo ascensit hæretici, ex hoc facto apparet damnandam esse Pontificum exorbitantiam, qui honore, quem sibi D. Petrus admittere recuauit, ipsi ab omnibus ad se accedentibus exigunt, & requirunt. Hinc notant Historici superbiā Heliogabali; vnde Lamprid. in Alex. Imper. ait: Ipse se adorare vetus, cum eam cœpisset Heliogabalus more Persarum; & Eutrop. l. 9. de Diocl. Adorari se iussit, cum autem eum cuncti salutarent. Rectè itaque Paulus, & Barnabas à Lycaonibus recusarunt adorari. Act. 10. Et

Angelus non permisit Ioanni, vt ad suos pedes procumberet, quia cuius fuisse conseruum afferebat, Apocalyp. 10. & Mardocheus noluit genuflexeretur Aman, Esther 3. & 13. & tamen Pontifex, qui seruos seruorum nominatur, egregium adorationis cultum non solum non respuit, sed etiam exigit, & admittit. Hæc, & alia similia euocant hæretici contra Romanos Pontifices more solito: Et maximè conuictis afficiunt motem illum Pontificis, qui cum à fidelibus genuflexis adoratur, porrigit eis pedem Crucis signatum, vnde nebulones exclamant, Imperatores, & Reges portant Crucem super coram capita, & diadema; Pontifex vero Romanus portat illam in pedibus, & ideo Papirus Masson. l. 9. de Episcop. Vrbis. adducti verba Iacobi Fabri super Institutum Iustiniani sic afferentis; Papa in verbis se dicit seruum seruorum se nominando; de facto tamen se adorari permittit, quod Angelus in Apocalypsi refugit. Videtur autem id dicere quasi damnans consuetudinem, moremque eorum, qui dimississimè procumbunt ad pedes Pontificios, vt signum Crucis in superficie serici calcii intextum desculpentur: qui mos an sit antiquissimus nescio; nondum enim omnia legi, sed hoc scio, consuetudinem illam Cisalpinis populis minus probari, quam Italicæ genti, ad huius genetis obsequia, & demissiones natae, illamque constitutionem Imperatorum Theodosij, & Valentiniiani, quam Eudoxio Praefecto prætorio scribunt, non erit, opinor, supereruacum, atque inutile huic loco intexte ex lib. 2. Codicis Iustinian. seu Pontifices volent ea teneri, seu nolent; paria enim sunt in calceo Crucem gestare, atque humi eam pingere. Cum sit nobis cura diligens per omnia superni Numinis Religionem tueri, signum Salvatoris Christi nemini licere vel in solo, vel in silice, vel in marboribus humi positum insculpere, vel pingere, sed quocumque reperitur, tolli, grauissima pena mulctando eos, qui contrarium status nostris tentauerint, specialiter imperamus. Dat. 12. Kal. Ian. Herio, & Aradabri Coss. Hæc Papirus, quæ quidem valde miror, Catholicum scriptorem dixisse, & illa actiter non impugnasse.

RESOL. II.

Ad supradictos errores repellendos supponit, quanam sit adoratio; quomodo distinguitur; & actus, per quos exercetur, explicantur? Ex part. 11. tract. 1. addit. 2. Ref. etiam 2.

S. I. Sed ad ipsos repellendos suppono ea, quæ doctæ, vt semper solit, obseruat Lessius de insit. lib. 2. cap. 38.

cap. 3. dub. 1. num. 4. vbi sic ait: Adoratio propriè nihil est aliud, quam honor externo corporis gestu exhibitus, ut genuflexione, capitis apertione, inclinazione, oculo manus, & pedum corporis in terram prostratione, &c. his enim, & similibus modis alios honoramus, testamur enim nostram submissionem, & alterius excellentiam. Itaque adoratio propriè consistit in externo illo gestu, quatenus est signum interna reuerentiae, reuerentiae, & submissionis erga alterum, & consequenter illius quoque excellentiae.

2. Notandum est etiam, omnem externam adorationem secundum se esse diaphoram, & posse tam creaturis, quam Deo exhiberi, nam genuflexio, & torius corporis in terram prostratio, quæ summa viidentur adorationes, etiam hominibus exhiberi solent: ut scripturis patet *Genes. 43. & 50. 3. Reg. 1. 4. & Reg. 4. Act. 10.* Itaque a sola intentione pender, quid per hanc, ista, vel illa, honoris species deferatur; si enim externa illa submissionis nota intendas te alteri submittere tanquam Deo, & testari eius diuinitatem, erit cultus latræ; si vero amico Dei, erit dulor; si ut viro sapienti, potenti, erit obseruantia politica. Vnde idem actus externus, quatenus successu potest procedere a diversa intentione, & accipi ut signum diversæ excellentiae in honoratis, & diversæ existimationis reuerentiae, & submissionis in honore, potest successu esse actus latræ, dulor, & obseruantia politica.

3. Dicendum est itaque quodd nomen adoratio, nis commune est cultui exhibito Deo, Angelis, & hominibus ut ex Scriptura sacra constat, *Deuter. n. 6. & Math. 4.* Nomen adoratiois pro cultu tantum Deo exhibitur usurpatum: At *Gen. 19.* applicatur ad Angelorum cultum, vidit enim Loth duos Angelos, surrexit, & iuit obuiat iis, adorauitque pronus in terram. Sed *3. Reg. 3. & alibi*, sèpè accipitur adoratio pro reuerentia hominibus facta.

4. Definitur adoratio in genere, ut sit submissio, & recognitio excellentiae personæ adorante ex affectu illam sic recognoscendi, sic omnes DD. ex *Danusc. or. 1. de imag. prop. ab initio, & ora.* Potest ergo hanc adoratio Deo, & creaturis fieri, quia in Deo, & creaturis excellentia reperitur adoratio digna. Si adoratio fiat Deo, erit submissio Deo tanquam supremo Principi, & infinito perfecto, ex affectu illum sic recognoscendi. At si adoratio homini, vel Angelo fieri, erit submissio proueniens ex recognitione creatæ excellentiae. Quapropter cum creata excellentia, & increata omnino diversa sint, adoratio creatæ excellentiæ; & increata omnino differunt. Vnde sancti ad eam distinctionem variis nominibus vtuntur, & adorationem Dei vocant latriam, & adorationem Sanctorum duliam; eam vero, quæ B. Virginis sit, hyperduliam, qui intra latitudinem creatæ excellentiæ omnium est excellentissima.

5. Notum est etiam, quod præter supradictam distinctionem adorationis, alia est communis distinctione adorationis absolutæ, & respectivæ. Adoratio absoluta est illa, qua quis alteri se submittit ob excellentiam illius, quæ adoratio soli creaturæ rationali, & intellectuali conuenire potest, quia sola illa capax est virtutis, sanitatis, dominij, &c. quæ sunt qualitates constituentes obiectum dignum adoratione, solaque illa includere submissionem potest. Respectiva adoratio est, quæ fit alteri non propter excellentiam in illo residentem, sed propter respectum, quem habet ad aliud, & ratione cuius indicatur honore dignus; hæc igitur rebus inanimatis conuenire potest, quia non sicut in illis, sed transit, & referunt ad personas,

ad quas ille res inanimatae respiciunt, ut contingat in adoratione Imaginum; sic Suarez *tom. 1. in part. 3. disp. 5. 1. sect. 2. in fin. Azor. 1. part. 1. 9. cap. 5. qu. 4.* Bonac. *tom. 2. disp. 3. de ador. punct. 1. in fin.* Vasquez de ador. *disp. 3. cap. 3. in princ. & hæc omnia docent Suar. in 3. part. tom. 1. disp. 5. 1. sect. 2. tom. 2.* Castrus Palaustræ. *8. disp. 1. punct. 1.* Vasquez de ador. *disp. 3. cap. 3.* Becan. *de iust. c. 84. & communiter Theologi, Baldellusto. 2. l. 3. disp. 2.* Malder. *de iust. tract. 10. cap. 5. dub. 3.* Wig. *de iust. stræt. 3. cap. 3. dub. 1.*

RESOL. III.

Contra Hæreticos Summum Pontificem semper in Ecclesia fuisse adoratum genuflexione, pedum osculatione, &c. demonstratur? Ex part. 11. tract.... addit. 1. Resolut. 3.

5. 1. **H**is suppositis assero contra Hæreticos, licet Summum Pontificem genuflexione, & osculatione pedum in Ecclesia semper adoratum fuisse propter excellentiam eius dignitatis: adoratio enim eo modo ut *suprà* diximus, non solum Deo, sed etiam creaturis viventibus competit: Quod Christi fideles intendunt facere, quando pedes Rom. Pontificis osculantur; vnde Magist. Raphæl de la Torr. insignis Theologus Dominicanus in *2. 2. D. Tho. tom. 2. quæst. 84. art. 5. disp. 5. num. 26.* sic ait: Ex omnibus dictis in hoc discursu colligimus, osculari quempiam ad adorationem pertinere: similiter esse adorandi genus osculari sanctorum ossa, ac reliquias, vefles lacras, calices, Sacerdotum manus, Summi Pontificis pedes, & ad adorationem Religiosam pertinuisse olim, & modò etiam in Ecclesia Christi obseruari. Ita illæ.

2. Adduc̄ aliquæ exempla, quæ contra hæreticos hunc morem adorandi Pontificem genibus flexis, eiusque pedes osculando, semper in Ecclesia apud fidèles extitisse manifestè demonstrant. Et primò apud Suriū *tom. 5. die 3. Maij* habetur: Ostium apertius Quirinus (sic verbatim acta futuri) Sanctum vidit Alexandrum; itaque procidens ad pedes eius: Et *infra*: Fecit ita Quirinus, & osculatus pedes S. Alexander dixit, &c.

3. Secundò Baronius *sub anno Christi 294.* hæc asserit: Rediens vero Claudio domum, cum hæc omnia Præpedigna vxori nuntiasset, illa cum diu ante de fide Christiana secunda consilium iniisset, sed viri impetrare perterrita destitutus, audita viri tanta facta à Deo mutatione, repente ad Caium Papam se contulit, ad pedesque procidens, eosque ex more (vt acta habent) ex osculata, æquè se ad fidem recipi postulauit. Aderat cum eo & Susanna, quæ eam amante suscepit. Vbi potissimum verba illa perpendiculariter debent, eosque ex more ex osculata. Ex his siquidem sit perspectum, constantem iam olim antea fuisse morem eorum, qui ad Romanis Pontificis præsentiam accedebant, aliquid gratia petiuti, acclines, & pronus eiusdem adiuvui pedibus, eosque cum osculis venerari,

4. Tertiò probatur *ex epist. Oriental. Episcop. ad Symmach. Papam ann. 512.* directa pro ipsorum in gratiam Apostolica Sedis susceptione. In hac enim sic venerandi, ac supplices, ipsum ad Symmacum Papam eloquuntur: Festina in auxilium nostrum, sciens sanctissime (sicut in principio dictum est) quia non opus habent sani medico, sed male habentes. Quod si parua existeret ægritudo, nos forsitan ad spiritualem nostrum medicum curreremus, quatenus & passiones

nes

nes honorum medicorum, id est gloriosorum Christi discipulorum, vestrorumque Doctorum, & sancta adoraremus tua vestigia, & praeparationis medicinam, & delicti remissionem de tuo sancto ore suscipiemus.

5. Quartus, Anastasius Bibliothecarius in elect. Leonis IV, quæ facta est anno 847, cundem ei cultum ex auctore more fuisse exhibitum non modo à Clero, sed & à laicis proceribus, qui tum adfuerunt. Tunc omnes pergentes (inquit) cum gaudio multaque auditatis latitia ad Ecclesiam, in qua degebat beatorum quatuor Coronatorum, eum coactum, inquit, exinde abstrahentes cum hymnis, laudibusque præcipuis ad Lateran. Patriarchum perduxerunt, qui morem conferuentes antiquum omnes (eius) osculari sunt pedes.

6. Et tandem non deseram hic apponere ea quæ narrat Paulus Aemilius in sua hist. de gestis Franc. loquens de Pipino Rege, & Stephano III. Papa; sic enim inquit: Pontifici in Galliam venienti, officij causa amplissimum ac nobilissimum quisque ad primos fines occurrere Principes comitatus Carolo adolescentulo, cui sua virtus, felicitasque magni postea nomen indidit. Et Pipinus terrui à Carisiaco oppido obuiam progettus, pedes, ut ferunt, exosculatus, cœcere non potuit, quin in equo saltem ipse pedibus ad fratum prosecutus, in regiam dederet.

Et Alcuinus, ut vult Canisius tom. 6. antique lettorum, in quodam poëmate loquens de Carolo Magno, sic ecclinit:

*Exemplo properans Carolus veneratus adorat
Pontificem, &c.*

7. Quinid, patet exemplo Philippi Regis cum filio Ludouico; sic enim refert Sugerius in lib. de vita eiusdem Ludou, cognomento Grossi; occurrit itaque ei ibidem Rex Philippus, & Dominus Ludouicus gratauerit, & votum amore Dei maiestatem regiam pedibus eius incurantes; quemadmodum conseruerunt ad sepulchrum pectoris Petri Reges submisso diademate inclinari; quos Dominus Papa manu erigens tanquam deuotissimos Apostolorum filios ante se redidisse fecit. De Ludouico vero Rege sic asserit Sugerius: Ut autem usque S. Benedictum super Ligerim descendit, Dominus Rex eum Regina, & filiis occurrens, nobilem, & diademate sèpius coronatum verticem, tanquam ad sepulchrum Petri inclinans, pedibus eius procubuit, catholicum affectum, & devoti servitij affectum ei, & Ecclesiae promittit. Cuius exemplo & Rex Angliae Henricus ei Carnotum occurrens, deuotissime pedibus eius prostratus, votuum sui, suorumque in terra sua suscepitionem; & obedientia filialis promitterit plenitudinem, &c.

Et ne in aliena vitula arata videar, hæc, & alia plura exempla inuenies apud eruditissimum Andrew Saussay Gallum in append. de oscul. ped. Summi Pont. art. 3. per tot. post suam Encyclopediam Episcopalem impressam.

8. Quod ante ipsum hoc etiam vatiis exempli's firmauerat Ioseph Steph. Episc. Vastensis Hispan. in lib. de oscul. ped. Rom. Pontif. cap. 17. per tot. Et omnia ab ipsis superius dicta paucis complectens sic asserit Cornel. Lapide Ibai. cap. 49. ver. 23. Iustinianus Imperator veniente Io. Pontifice Constantinopolim, cum tota urbe illi obuiam processit, & ad pedes eius procubuit, detrahensque sibi insignia Augustalia, procidentique suppliciter petuit, ut illic rursum ipsum adoraret. Iustinianus Imper. Nicæa ad Constantini Pontif. pedes procubuit, eosque est osculatus. Idem fecit Carolus Magn. Romæ anno Christi 774, & eius annis Pipinus Steph. II. Pont. venienti in Franciam anno Christi 754. Idem fecit Ludou. Pius Caroli filius Ser-

gio II. Pontif. anno Christi 844. Ita ille, cui etiam addit Thom. Boz. de signis Eccles. tom. 2. signa. 86.

9. Et tandem ad confirmationem supradictorum non deseram hic apponere verba Innoc. III. qui lib. 2. Myster. Missa cap. 27. cum hanc osculandi pedum consuetudinem huius facti exemplo, & imitatione deduxisset, ita ait: Subdiaconus, vel Diaconus non manus, sed pedes Romani Pontificis osculatur, ut Summo Pontifici summam exhibeat reverentiam, & cum illius ostendat esse Vicarium, cuius pedes osculatur mulier illa, quæ erat in ciuitate peccatrix; Adorandum est enim scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, cuius pedes tenentes mulieres resurgentem à mortuis adorauerunt. Et l. 2. myster. Missa cap. 30. aliam hand fere dissimilem huius rei causam adduxit his verbis: Quod autem Subdiaconus cum Acolyto ad Episcopum accedit, illud insinuat, quod Ioannes cum audiret in vinculis opera Christi, duos ex discipulis suis misit. Quia vero dextera Domini facit virtutem, id est Subdiaconus osculatur dexteram; quia vero per visa miracula cognovit hunc eis, de quo Magister predixerat, qui post me venit ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calceamentum solvere, pronus ad pedes calceamentum Romani Pontificis osculatur.

10. Hanc vero consuetudinem vetustissimam foisse ex ordine Romano ante Gelasium Papam conscripto, & edito, apertere, & palam confirmari potest. Nam in ordine processionis ita constituitur: Diaconus osculans pedes Pontificis, petitaque benedictione venit ante Altare. In ordine vero qualiter Missa celebratur: deinde Diaconus osculatur pedes Pontificis, & tacite dicit Pontifex, Dominus sit in corde tuo. Et in ordine, qui in aliis Ecclesiis seruari debet, ita habetur: Accedit Archidiaconus, & genuflexo ante Episcopum, tagat vestimenta eius, præbens se ad pedem, reveratur, & paulo post accedat Diaconus, & adorato altari genuflexus ante Episcopum, accipiat benedictionem, & præbens se ad pedes eius, & exhibente manu Episcopo, eam osculatur, quod in aliis Ecclesiis Diaconus se promptum ad pedem Episcopi osculandum præbeat necesse est, cum tantum manu osculatur debeat, in Ecclesia vero Romana, vbi Apostolica viget auctoritas, pedem venerari oportet: Et tamen claudam hanc resolutionem cum verbis Io. Lorini in Att. Apost. cap. 10. v. 25. sic afferentis: Exploratissimum est, hunc osculi pedum Pontificis honorem, Pontifici detulisse ex Imperatoribus Iustinianum seniorem, Iustinianum II. Federicum I. & si ad osculum pedum non est ante admisus, quam officio fungi more maiorum compelleretur, Constantini præfatum Magni exemplo) & posteriores deinceps omnes, ut omniantur Reges Pipinus, Carolus Magnus, & tam multi alii, sed & inter priuilegia Romanorum Pontificis Gregorius VII. sanctitate conspicuus nono loco illud recensuit, quod solius Papæ pedes omnes Principes deosculentur.

11. Iam inde etiam ferè ab Innocentij III. tempore, communis Principum omnium ysu litteræ præscriptæ ad Pontificem in salutatione, pedum exosculationem continent. Trita est quoque illa adiurandi, & obsecrandi venerabilem personam formula, per vestigia tua. Habent ita acta perantiqua Susannæ Martyris, Præpedignam Caj. Pontificij de morte pedes osculatan. Hæc omnia Lorinus.

RESOL. IV.

*Supradicta adoratio Pontificis non solum perpetuo usus
ut visum est, sed etiam ratione nescitur, exemplo vi-
delicet*

delices Episcoporum: Ex part. II. tract. addit. I. Ref. etiam 4.

S. 1. Robatur evidenter, nam subditu tenentur genitioctere coram Episcopo, ut habetur in ceremoniali Episcop. I. cap. 2. ibi: Et sibi occurrentes subditos, qui genitioctere debent, in lib. 2. cap. 8. Et facit quod principibus excelsis haec genuflexionis reverentia tributur, Io. de Platea in l. Decur. cap. de silen. l. 12. Io. de Montaigne de autb. conf. par. tra. de ord. confit. Regis num. 48. Laudensis de Principib. q. 173. Cassaneus in catal. part. 5. conf. 33. Lancelot. in templo l. 2. c. 1. §. 3. & §. 1. Auiles in c. prator. Gloss. A cada vno de vos salud y gracia num. 2. Quod Episcopus sit Princeps saecularis, & temporalis, Agia de exhib. auxil. fundam. 19. & quod excelsus sit, & habeat excelsus honoris fastigium Rodoanus de Simon cap. 18. num. 4. Ergo coram eo genitioctere debent tam Principes, quam subditi, & magnam ei exhibere reverentiam, ut consuluit Io. Cephal. 10. 1. conf. 1. num. 35.

S. 2. Hinc olim Christi fideles pedes Episcoporum desculabuntur, ut factum fuit S. Epiphanius, teste D. Hieron. ep. 61. ad Pamphach. vbi sic loquitur. Nonne, cum ad eum (Epiphanius) omnis atratis, & sexus turba confluente, offerentes parvulos, pedes deosculans, humbras vellens; cumque non posset promouere gradum, sed in uno loco vix fluxus vendantis populi sustineret, &c. Sic etiam ad pedes S. Martini proculisse Imperatorem Valentianum Fortunatus lib. 3. in eiusdem S. Confess. vita his versibus minuit:

*Hinc celer exiliu rapiens se Cesar, & ardens
Martini genua amplectens, pedibusque volutans: &
infra.*

Imperiale caput, Sancti ad vestigia subdens.
Leo Castrus in Isai. c. 49. v. 23. In vetustissimo (ait) codice Ordinis S. Benedicti reperi, olim Reges Hispania, cum adirent Episcoporum Synodus, procumbente solito toto corpore ad terram ante ipsos Episcopos, terram osculari; neque prius attollere se humo, quam e suis illi sedibus surgerent, & Reges eorum pedibus circumfusos brachii attollerent, & in sella regia pro dignitate collocarent.

S. 3. De Francis habes Clotharium Regem, qui ad pedes Sancti Lupi Senonensis Episcopi supplex accidit.

S. 4. De Longobardis ab Aribone IV. Episcopo Fribingensi scriptum est, Regem Longobardorum è Regia sella descendisse, & ad pedes Corbiniani Episcopi se adoluuisse.

S. 5. Hinc S. August. sr. 18. de verb. Apost. ad Ecclesiam, ait: Curris, Episcopum videre desideras, ad eius pedes voluntaris. Et S. Ambrosius lib. de dignit. Sacer. cap. 2. Regum, ait, colla, & Principum submittuntur genibus Sacerdotum, & exosculatis eorum dexteris, orationibus eorum se credunt communici.

S. 6. Hinc Suidas sic inducit Leontium alloquenter Eusebiam Constantij Imperatoris vxorem, rogantem ut se viseret. Si me, inquit, vis ad te venire, seruato mihi reverentiam Episcopis conuenientem, ut ingrediar quidem ego, tu autem mox è celo tuo solo descendens, cum pudore mihi occurras, deinde sedeam quidem ego, tu autem stes reverenter, nec sedes donec signo iubeam; si his patere vis, viam te, fin minus, scito te non obtenturam, ut nos honorem Episcopis debitum prodamus, & in diuinum Sacerdotum ius sumus iniurij. Haec ille ad haereticam Imperatricem.

S. 7. Et hanc adorationem largitam fuisse dictis Antistitibus non solum obtentu sanctitatis, sed etiam

ratione dignitatis probat Andreas Sausay vbi sub. cap. 4. & patet ex his, quae adducit Ioseph. Steph. loc. cit. 12. per tot. Et ideo ratione eorum ministerij, & gradus, hanc venerationem Episcopis deberi docent Theologi, vt Tanner. Less. Baldell. & alij, vbi sup. Er. govt optimè obseruat Io. Lorin. in Act. Apostol. cap. 10. v. 25. Ex Bzouio, & Card. Baron. à fortiori, & à minori ad maius dicendum est Summo Pont. competere, qui à Leone ser. 2. de sua assump. vocatur primus omnium Episcoporum, & ab Arnob. in prot. 138. Episcopis Episcoporum, & à Sexto I. epist. 2. & Victor. Lepist. 1. Episcopos Ecclesie vniuersalibus.

S. 8. Quod magis confirmatur, nam si talis cultus in rigore etiam Sacerdotibus competere potest, vt tradit Vasq. in 3. part. tom. 1. disp. 98. cap. 1. num. 5. Suarez d. 52. sect. 3. §. Respondet, & alij: Vnde Tertull. lib. de pœnit. cap. 2. dicit: Plerumque ieiunii preces alete, immiscete, lacrymari, & mugite dies, noctes que ad Dominum, Presbyteris aduolui, & charis Dei ad geniculari: cuius ritus etiam Epistola S. Dionysii ad Demophilum mentionem facit.

S. 9. Si inquam licet tali ritu Sacerdotes possunt venerari, quantò magis dicendum est contra haereticos, & licet hodie à fidelibus venerari Pontifices, cum suo ser. de Cathedra S. Petri vocat Sacerdotem magnum: & Fagund. l. 4. cap. 3. Sacerdotem primum inter Christianos Sacerdotes. Vnde ex his agnosce, amice lector, frontem, & impudentiam haereticorum, qui non verentur auctoritate Summi Pontificis, quod Episcopis, inquit Presbyteris concedere deberent. Obserua tamen quod licet superius dicta de Episcopis, & Sacerdotibus sine vera, hodie tamen committunt non practicatum sex reverentia (vt credo) Summi Pontificis, cui semper ritus genitioctere, & osculandi pedes inuiolabilitate à Christi fidelibus obseruatnr. Claudam hanc resolutionem auctoritate Iosephi Hebr. qui l. 11. antiqu. cap. 8. refert, Alexandrum Magnum adorasse Iaddum Ponti sicem Iudaorum: ergo quanto magis contra haereticos dicendum est, licet, & merito adorare fideles Summum Pontificem successorem Petri, qui longè distat, & excellentior est Pontifice veteris testamenti, ut ex multis probat eruditus Martinus Beganus l. 3. opusc. 7. de Pontifice veteris testam. cap. 9.

R E S O L . V .

*Idem probatur Imperatorum, & Regum exemplo, quo à populis adoratos fuisse demonstratur.
Et de differentia adorationis politica, & sacra agitur.
Ex part. II. tract. addit. I. Ref. etiam 5.*

S. 1. Esse duplarem adorationem, politicam; & sacram tradunt Theologi, vt Badell. tom. 2. lib. 3. disp. 12. num. 9. Vasq. in 3. part. to. 1. disp. 98. cap. 1. num. 3. cum seq. & Lessius de inst. l. 2. cap. 46. dub. 3. num. 18. vbi sic ait: Obseruantia politica est, quæ ob dignitatem politicam, vel excellentiam humanae cultum defert: talis est qua coluntur Principes.

S. 2. Hac adoratione fuerunt olim Imperatores, & Reges venerati, & sic 3. Reg. cap. 1. dicitur: Inclinavit, se Betsabee, & adorauit Regem: & ibid Cumque introiit Natan in conspectu Regis, & adorauit eum pronus in terram. Vide cap. 4. l. 4. Reg. & cap. 10. Act. & cum Regibus Persarum nemo loqui poterat, nisi prostratus in terram vestigia pedum regiorum exoscularetur, teste Xenophonte lib. 8. & Plutarcho in Alcib.

S. 3. Hic etiam mos fuit apud Romanos; de Caio, Othono,

Qua Sum. Pont. Cathol ven. Resol. VI. 325

Othono, Caligula, Netone Adriano, Antonino probat Io. Lorinus in *Act. Apof.* c. 10. v. 24. Et licet antiqui Scriptores videantur hinc Principum adoratio nem damnare, tamen interpretandi sunt, illam non damnare absolute, sed in aliquo casu, v. g. ratione adulatiois subditorum, vel superbiae Principum. Vnde ex hoc dixit Martialis *l. 10.*

*Ad Partibus procul ite piteatos,
Et iasper, humilesque supplicesque,
Fictorum solita basata Regum.*

Agnosce subditorum adorantium fidem adulatio nem. Vis videre factum insolens Principis adorati; audi Dionem lib. *Penult. Primum Casar* (Caligula) se adorari instituit et Deum: quod & de Diocletiano referunt. Autelius Vicit. part. 2. num. 39. & Cassiod. num. 104. Vide R. Hodig. *ant. le. 7. lib. 21. cap. 33.* Igitur adoratio Principum politica, ut sic non est damnanda, & in specie circa Imperatores, & Reges ex sacra scriptura approbat Ioan. Wigers de *inst. tr. 8. cap. 7.* num. 3. & alii. Vnde Joseph Augustinus, *vbi sup. cap. 1.* sic ait: Mos igitur communis populum consensio ne, omnium quoque aetate compotabatis, tyrannidis nota condemnari non potest: cum illum dux natura defendat: Quod longa exemplorum serie, & gravissimorum hominum fide, & auctoritate perspecti ver. Et tandem postea sic concludit; ergo quis non videt hanc confutacionem populorum consensionis compotabatam, quasi natura auctoritate defendit? Quis non fecit tantum aduersus Principes, fuisse hominum propensionem, ut nisi illos tanquam publicos parentes summo studio venerarentur, aliquid de eorum summa dignitate detrahi, aut immixtui existimat erit? Qui amorem licet aliquis Imperatoria maiestate insolenter abusus, temere se Deum iactauerit, aut incredibili armatus audacia, osculum pedum tanquam diuinum honorem sibi arrogauerit: eius quidem improbitas, & dementia culpanda est; non tam improbanda populi consuetudo, qua cum omnium consensione, & auctoritate recipitur, quasi natura vocibus compotabatur, ut vix ab ea homines audeant recedere.

4. Si itaque olim adoratio politica largiebatur Imperatoribus, & Regibus, quantum magis ut obseruat Ioan. Lorinus in *Act. Apof.* vers. 24. contra Ioann. Cuspinianum, dicendum est largiendam esse adorationem sacrum summo Pontifici, qui vi caput Ecclesiae, & Prochristus est super omnes Imperatores, & Reges; Vnde Ladislaus Rex Hungaria orat. *ad Nicol.* V. apud Cochacam *l. 11. bish. Hassitarum*, & Petr. Dam. *opif. 23. cap. 1.* vocant Pontificem Regem Regum, & Imperatorum Principem. Quod etiam dixit Episcopus Patara *apud Liberatum in Brevar. cap. 22.* vocando Pontificem plus quam omnes Reges, qui merito hoc recognoscentes, ut supra vnum est, ad eius pedes procumbunt; & oculantur, & reverenter adorant; & alia honori, & venerationis signa demonstrant, vt patet in pluribus exemplis; sed duo tantum hic adducam.

5. Primum ponit Anastas. in *vita Steph.* IV. vbi sic ait: Furaldus Abbas, & Rothardus dux dicti à praefato Pipino excellentissimo Francorum Rege, petierunt euudem Sanctiss. Pontificem ad iunum progrexi Regem. Quem & magno honore cum omnibus, qui cum eo erant ad eum deduxerunt; Audiens vero idem Rex eiusdem Beatis. Pontificis aduentum, nimis festinanter in eius aduenit occursum vna cum coniuge, filiis etiam, & primatis, & ferè ad centum milia; filium suum nomine Carolum in occursum ipsius coanglici Papæ direxit, cum aliquibus ex suis optimatibus.

Tom. IX.

Ipseque in palatio suo, in loco, qui vocatur *Ponticone*, ad ferè trium millium spatiū descendens de equo, cum magna humilitate terra prostratus vna cum sua coniuge, filiis, & optimatibus eundem Sanctiss. Papam suscepit. Cui & vice stratoris vilque ad aliquantum locum iuxta eius sellarem properauit. Ita ille.

6. Alterum exemplum adducam ex Genebr. in *Chronograph. l. 4. sub anno 1180.* qui sic afferatur: Ad eius pedes (ait) procubuit Federicus Imperator pentens absolutionem excommunicationis. Ferunt Ludovicum Francorum, & Henricum II. Anglia Reges pedites ei inferuisse stratoris officio, ac laua, dexteraque frenum equi ipsius tenentes, eum per Toscum urbem magna cum pompa deduxisse. Cuius pudere eos non debuit; nam & magnus ille Constantinus longè potentior, & sanctior prius id honoris Silvestri Christi Vicario exhibuit. Hæc Genebr.

Vnde ex his Antonius Ongaro vates non infirmior, & quem Roma in sinu suo per multos annos dulciter canentem audiuit, loquens de Clem. VIII. Pontifice haec scripsit.

*In trono augusto, que suo merto il pone,
Etiam fortuna, il gran Clemente hor siede,
Indi da leggi all' onisero, e vede
Sotto le piante sue scetri, e corone.*

RESOL. VI.

Probatur etiam adoratio Pontificia ex more apud Veteres, qui ad aliiquid imperandum pedibus obvoinebantur, & praetertim filii supplices apud Patres ad eorum pedes procumbebant, de offensis veniam petendo.

Et notatur Summum Pontificem sapienter patrem communem? Ex part. 11. tract. addit. 1. Resol. etiam 6.

§. 1. P rius dictum confirmatur ex verbis Apuleij lib. 6. met. non multò post princ. Tunc Pyche ad pedes eius adiulata, & vbeti fletu rigans, Deo vestigia, humanique verrens crinibus suis, multiusq[ue] precibus editis veniam postulabat. Et hoc quæque respicit illud Ciceronis in *or. ad pop. & Equites Rom.* antequam iter in exilium: Oro atque obsecro, quibus sigillatim sepè supplices ad pedes iacui, ut eum, qui singuli stratum, atque obseculum subleuant. Et apud Curtium lib. 3. Mater, & vxor Darij prouolunt ad pedes Alexandri, orant, ut sibi liceat patrio ritu Darium sepelire, quem rebandunt in acie cecidisse. Cæl. lib. 2. bell. cin. de Massiliensibus loquens: Universi ait, se ad pedes proitulant, orant, &c.

2. Et hunc morem maximè filios erga patres efficisse, apud veteres patet, ad quem relisperit Plini. lib. 9. ep. 21. vbi sic ait: Libertus tuus, cui si censere te dixeras, veniam ad me, adiulutusq[ue] pedibus meis, tanquam tuis hæsit; fleuit multum, moliturque rogauit, multum etiam tacuit, in summa fecit mihi fidem penitentie. Sed magis clarus Sидонius Apollin. lib. 4. ep. 25. Deus bone, inquit quām latu orietar tibi dies; mihi nuncius animus; ille, cum paternis pedibus afflatus, ex illo ore læso, ore terribili, coniunctum expectans osculum excepteris: Quod contigit in filio prodigo Evangel. *Luc. 15.*

3. Notandum vero Summum Pontificem sepius vocari patrem communem: Ita vocavit illum Petrus

Ecc

Petrus

326 Tract. IV. De Adoratione,

Petrus Cluniacensis l.4. ep. 24. Acta S. Lutgardis lib. 2. cùm de morte Innocent. I I I. Michaël Palaeologus epist. ad Greg. X.

4. Vnde eadem proportione modò Rom. Ciuitas per Pontificem dici potest Mater communis , aut patria communis , quo olim nomine dictam ratione imperij politici constat ex multis Symmachii locis, quæ Iurebus notauit ad lib. 5. epist. 74. Vnam esse cunctarum gentium in toto orbe patriam , dixit Plin. l.3. cap. 5. Totorius orbis ciuitatem vnicam vocat Sidonius l. 8. ep. 6. Negatque Cassiodotus eam ulli posse dici alienam. Quia feliciter communis erat omnium patria , humanumque genus communis nomine fuit matris , non Dominæ ritu , vt Claudianus cecinit libro 3. de laud. Stilic. Ad eum ergo modum proportionaliter , nunc Romana Vrbs per Pontificem communis patria , & ipse Pontifex communis Pater merito denominatur. Et ideo hoc speciali eloquio D. Augustinus epist. 162. vocavit Melchiadēm Papam patrem Christianum plebis.

5. Itaque ex his suppositis optimè infert plus , & eruditus Andreas Saullay cap. 4. Quid mirum , si ad Sedis Apostolicæ Pontificem accedentes Christiani cius ad pedes adolucentur , eosque præ filiali reverentia colant , amplexentur , osculantur : maximè cùm eius vices teneat , qui suo loco Petrum inter homines esse voluit , cùm suas ei iussit pascere oves , sic enim ait Ambrosius in ultimum Lucæ : Ipsum sui erga eas amoris Vicarium constitutus ; cui etiam cùm dederit claves Regni Cœlorum , animas ligandi & absoluendi Pontificium tradiderit iure meritoque omnes , qui se peccatorum norunt nexibus obstricos , caput inclinant , genua fleuant , sacris affunduntur vestigiis , eaque deuotis lambunt osculis , veniant ut quām supplices petunt , ab ipso cœlesti dispensatore valeant prometeri. Ita illas.

6. Quod ad hunc humaniter hoc patris officium Pontifices Romani tanquam patres communes erga fidèles eorum filios exercent , vt occasione Jubilei anni Sancti Joseph Stephanus ebi supra cap. 11. in fin. ita testetur: Vidi vno die Gregor. X III. Pontificem Maximum decem millia hominum ad pedum oscula benignissime admisisse , tanta animi lenitate , vt ab omnibus præ gaudio vim maximam lactymarum excuteret. Ita Stephanus.

R E S O L . VII.

Aliqua loca Sacra Scriptura afferuntur in quibus adorationem Pontificiam indicatam fuisse demonstratur? Ex part. II. tractat. addit. 1. Resolut. etiam 7.

S. I. **N**on solum , vt vñsum est , adoratio Pontificia nititur consuetudine , & rationibus , sed etiam testimonio sacrorum oraculorum , & in primis nobilis est locus ille Isaæ Prophetæ cap. 49. v. 25. sic enim ait : Et erunt Reges nutriti sui , & Reginae nutritrices sua , vultu in terram demissâ adorabunt te , & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies , quia ego Dominus , super quo non confundentur qui expectant eum : quæ verba explanans Corn. à Lapide doctus Scholiastes Sacrae Scripturæ ita afferit : In verbo lingent , est hyperbole , & auxiliis , significans summam demissionem , & venerationem. Lingent ergo , id est oscularuntur , tum ut supplices , tum ut à te vñstis sic Psal. 71. dicitur , coram

illo procident Ethiopes , & inimici eius tetrici gentes. Ita videmus Reges osculari pedes Ecclesie in Pontifice , qui Ecclesia est caput. Ne ergo frenuant ad hoc osculum hæretici , cùm Isaías id ipsum hic predixerit , de coquæ tam Regibus , quæam Ecclesia sit congratulatus. Sicut enim qui Viceregem valde colit , & honorat , Regem ipsum valde colit , & honorat : Sic qui Pontificem colit , Christum colit , qui Pontificatum , quasi sui Vicarium , sumnumque in Ecclesia Magistratum instituit. Et aduerso qui Pontificem spernit , Christum ; Christique ordinationem spernit : ipsi enim dixit : Qui vos audit , me audit ; qui vos spernit , me spernit. Prædicti gloriam Ecclesie , quam habiture erat sub Constantino , & deinceps ; Nam ante eum fuit in continua persecutione. Vnde mitum non est hunc honorem non habuisse , nec admisisse S. Petrum , Paulum , aliosque Apostolos , vt perperam obiectat Calvinus. Hucunque Corn. à Lapide.

2. Est etiam alter locus eiusdem Prophetæ Isaæ cap. 60. v. 14. Et venient ad te curui filii eorum , qui humiliauerunt , & adorabunt vestigia pedum tuorum : quæ verba verificata esse in B. Silvestro Pontifice Otto Frisingensi , l.4. in prologo testatus est his verbis , Ut coguocamus non fortuitus casibus , sed Dei profundissimis , ac iustissimis indicis id factum ; vide pridie latitatem , ad quemlibet infima conditionis vitum , fugientem , in brevitate auctoritatis fieri , vt Regibus imperet ; de Regibus iudicet. Vide tantæ à sæculo venerationis haberi , vt veniant curui , vestigiaque pedum eius in folio sedentis adorent orbis domini. Ita Otto , cui addit magis generice loquentem Corn. à Lapide , qui expendens supradictum locum Isaæ sic affatur : patet hoc impleri in Rom. Pontifice , qui est caput Ecclesie. Frustra ergo indignatur hæretici ad oscula pedum Papæ , cum ea prædicterit , & promiserit Isaías. Ita Reges Visigothorum , Francorum , Anglorum , Normannorum , Longobardorum , Germanorum , & aliarum gentium , qui saepius vexarunt Ecclesiam , & Pontificem , Romanum venerunt , vt ibi adorarent vestigia pedum eius , qui se seruum seruorum Dei vocat , cumque sit caput , pedum sibi nomen assumpit , humillimum scilicet seruum se professus. Hæc Cornelius.

3. Et tandem alium locum sacra Scriptura pro adoratione Pontificia adducit eruditus Io. Lorinus , nempe verba Psal. 59. v. 10. In Idumæam extendentam calceamentum meum , vbi sic ait : Nec incepit calceamentum extensio in Idumæam denotare possit supplicem exosculationem pedum Christi , & Uicarii eius Summi Pontif. Ita ille , qui etiam in Acta Apost. cap. 10. v. 25. sic afferit , Petrum in quolibet Rom. Pontifice agnoscentes ; immò & Christum ipsum , cuius vices in terris gerit , ad illius pedes exosculando proni adoluimus : & merito vñspuramus illud de ipso , quod est in Deuteronomio In dextera illius ignea lex : dilexit populos : omnes Sancti in manu illius sunt ; & qui ap̄ propinquant pedibus eius , accipient de doctrina illius.

4. Et hoc ante Lorinum inuenio obseruatum à Iosepho Stephano vbi sup. cap. 10. sic afferente : Cum Romanus Pontifex omnes homines Christi auctoritate perfunditus , legem Dei vt Magister , & Legislator edoceat ; controversiasque omnes ut Index disoluat , status excellentia omnibus praeditus ; In fide , & Religione aberrantes fratres instituit , atque confirmet : merito ad eius pedes exosculando accedimus , ut religionis , & fidei disciplina

Qua Sum.Pont.Cathol.ven. Ref. VIII. 327

disciplina imbuamur. Quod ea *Deuteronomio cap. 33.* facis liquidò constare arbitror. In dextera eius ignea lex, dilexit populos, omnes Sancti in manu illius sunt, & qui appropinquit pedibus eius accipit de doctrinai illius Lex ignea Euangeliū dicitur, quod cùm Dominus emigaret, magnum pietatis incendium excitatum est, nulla Imperatorum improbitate restinctum. Ardens quoque charitatis lumen effusit, quod in hanc Vrbem, cuiusque Pafotem omnium ora, animosque conuerteret, cùm ab eo sit Christiana Religionis exordium, pietatis fundamentum, & tandem fides per viuversum orbem. Vrbi subiectum nuncietur. Quoniamobrem metit ad Pontificis nostri pedes prouoluimus, non tam vt hoc humili pieratis voto, eius summan dignitatem, atque excellentiam indicemus, quam quòd etiam dum eius pedibus oboluimus, certissimis fidei, & religionis instrumentis imbuamur. Hæc Stephanus.

Nec deseram hic adnorate, Andream de Saussay loc. citat. cap. 4. illa verba Ioannis *Apocal. 3.* Ecce dabo illos, vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & scient, quia ego dilexi te: de adoratione Pontificia explicare.

RESOL. VIII.

An licitum sit præter genuflexionem, & pedum osculationem adorare Pontificem pectoris tensio? Ex part. 11. tract. addit. 1. Ref. etiam 8.

S. I. **C**um quidam Concius meus ex nostra Religione, vir satis pius prima vice vidisset summum Pontificem super humeros gestari cum Thiarain capite, tanta devotione, & reverentia erga illum affectus fuit, vt excepit iteratis vicibus pectus suum obtundere. Tunc dubitauit, an ex condito sic adorare Pontificem esset licitum, & in rigore, ac speculatiuè loquendo, adhæsi sententiae affirmatiæ. Nam, vt obseruat Raphael de la Torre in 2. 2. D. Thomas q. 84. art. 2. disp. 5. num. 1. & alijs, ex placito, & intentione signa adorationis pendunt, & certum eorum numerum designate impossibile esset, tamen ipse aliqua signa externa particularia adducit, & inter illa tensionem pectoris apponit, ubi sup. num. 27. Fuit itaque pectoris tensio ceremonia Iudorum, vt constat *Luce 18.* de Publicano percuteiente pectus suum, & dicente: Deus propitius est mihi peccatori: & *Luce 23.* Aliqui, qui attirerunt crucifixionem in die Paræscues, reuertebant percutientes pectora sua. Et exemplo Publicani à Christo laudati, postea Christiani hoc ritu in suis precatiōibus vñ fiant, cuius meminit Tertull. lib. 7. aduersus Marcionem cap. 18. Cyprianus in oratione Dominicâ de Publicano, inquit, percutebat pectus, & peccata intus inclusa, quasi ea exclusurus. Greg. Nazianz. orat. 15. in plagam grandinæ: & D. Hieronymus in vita Hilarionis ait: Pectus pugnis percutebat, quasi cogitationes cæde manus posset excludere, & idem Hieronymus grandi filice solebat ferire pectus. D. Augustinus enarrat. 2. in Psalm. 31. & super Psalm. 146. Tu dirige cor tuum non potes; tu frange, ille dirigat; quomodo tamen franges? quomodo tamen contere? confundo, puniendo peccata tua: quid aliud significat pectorum tensio, nisi foris putamus ossa nostra peccasse aliquid cædimus, & tundimus pectus? sed significamus nos cor conterere, vt à Domino dimitur. Maximus Taurinensis Episcopus hom. 13. de Tom. I. X.

Quadragesima: Recte contundes manibus pectus: si omnem inde furorem malignæ voluntatis excusseris. Nicolaus Primus in *responsis ad consulta Bulgæorum cap. 54.* Hinc etiam pectus percutimus, si gignentes videlicet, quod nequiter egimus displicere nobis, ac idè antequam Deus feriat, id nos in nobis ipsi fertur, & antequam ultio extrema veniat. Ita Torre.

2. Cùm ergo pectoris tensio (vt Raphaël de la Torre ex *sacerdotiis* dicitis afferit) sit modus adorationis externus, non video cur aliquis adorando Pontificem genuflexione, & pedum osculatione, non possit etiam adhibere tensionem pectoris, est enim signum agnoscentis peccata, ac petentis corum remissionem, qua quidem à nemine magis, quam à Summo Pontifice petenda videtur, cui Christus in persona Petri dixit: Quemcumque solueris super terram, erit solutus & in Cœlis.

Verum quia hic modus adorandi Pontificem non est in vsu, & forsitan admirationem astantibus induceret, idè ab illa videtur abstinentia.

RESOL. IX.

Probatur adorationem non solum osculatione pedum, Pontificibus preberi, sed etiam inclinatione capitis, quando eorum nomina in orationibus publicis audiuntur. Ex part. 11. tract. addit. 1. Resoluta etiam 9.

S. I. **I**nclinationem, & apertitionem capitis esse factum exterrum obseruantæ, & adorationis factum politicæ, sive sacra tradit Leffius de iust. lib. 2. capite 37. dab. 1. numero 5. Ioannes Wigerts tract. 8. cap. 3. dab. 1. num. 3. & Adamus Tannerus tom. 3. disputat. 5. quæst. 2. dub. 1. num. 13. vbi sic ait: Scriptura in pluribus locis indicat adorationem, quandoque sine procumbentis gestu sola genuum, aut capitis inflexione, etiam àstantibus fusse peractam; Genes. 24. v. 26. Seruus Abrahæ inclinavit se, & adoravit Dominum. Genes. 33. Ancillæ Iacobæ, & filij eaurum incurvati sunt. Accessit quoque Lia cum pueris suis, & cùm similiiter adorassent, extremiti Ioseph, & Rachel adorauerunt. Genes. 37. v. 7. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vel trösque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Exod. 12. vers. 27. Incurvatus populus adorauit; 3. Reg. 1. v. 16. Inclinauit se Bethsabee, & adorauit Regem.

2. Et hunc adorationis modum refert etiam D. Thomas in 2. 2. quæstione 84. art. 2. ad 2. cum demque tradit Benedictus Peterius in Genesim capite 33. numero 2. addens etiam istum, qui ad præcedentem reuocari potest, & siebat per incurvationem corporis, inclinando scilicet caput cum modica corporis demissione. Et utriq[ue] ad stipulatum præsens inter homines consuetudo. Et ideo in Concilio Magonino §. 2. & refert Valsquez in 3. part. tom. 1. disp. 8. capite 10. numero 127. sic habetur: Et codicem oculis perlustrans, cum quis ad venerabilis, & tremendum nomen Iesu deuenerit, caput aperit, inclinatur. Et tandem hunc modum adorandi etiam apud veteres extitisse obseruo in Alexandro ab Alexandre 1. 2. c. 19. vbi sic ait: Apud exterios vero Cyro Persarum Regi adorandi cultum primùm declaratum compemimus, cui proximum

Ecc 2 Diis

Dūs immortalibus honorem decreuere. Quod mox Indi, & posteri Reges exequi magno studio curauerunt: Id, quod Octavius Augustus, & Alexander Severus praecepit decretati sunt. Nam si quis inter salutandum flexisset caput, aut aſtentaretur blandus, foras detrudi, atque exigi iullere. Ita ille. Et ante illum Suetonius, & Lampridius in vītis dītorum Imperatorum, ex quibus verbi clare apparet, inclinationem capitū ad adorationē pertinere: & detectio capitū apud veteres quidem Romanos, Europæosque nostrates, honoris, seu reverentia nota est, ut videre est apud Lipsium in amphitheatre cap. 19. & 20. & l. 1. Electorum cap. 23.

3. His suppositis, affero (quod probauimus) adorationē sacram, quæ reducunt ad Duliam, pertinere ad viuentes ratione alicuius dignitatis, aut ministerij, quæ inueniri majora non possunt, quam in Summo Pontifice: cùm si Prochristus, & Propterus in terra, & idē etiam inclinatione capitū quando auditur in Missa, vel in orationibus publicis ab omnibus humiliter veneratur, & adoratur: vnde in rubricis Missalis sic dicitur cap. 5. n. 1. de orat. Cū nominatur Iesu, caput versus Crucem inclinat: quod etiam facit cùm nominatur in epistola. Et similiter ubicumque nominatur nomen Beatae Mariae, vel Sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit commemoratione: Item in oratione pro Patri quando nominatur, semper caput inclinat. Hec ibi.

4. Itaque sicut per adorationē latræ adoratur inclinando caput nōmen Iesu, & Hyperdulia nōmen Beata Virginis, sic & per adorationē Dulie possunt adorari inclinatione capitū nomina Sanctorum existentium in Cœlo; sicut adorantur quando nominantur in Missa, sic & etiam nomina hominum viuentium ratione excellentis dignitatis, ut Summi Pontificatus; nam vt superius probatum est, & probat signanter D. Thomas in 2. 2. quæfl. 84. art. 1. ex mente D. Augustini 10. de Civitate. cap. 4. Adorationē etiam solere exhiberi licet quibusdam excellentibus creaturis. Genes. 18. Abraham adorauit Angelos. 3. Reg. 3. Nathan Propheta adorauit David; & alibi saepè fit mentio talis adorationis ex parte obiecti, id est ex parte excellentiæ rei adoratae in adorationē, qua veneramur Deum, & pertinet ad latrā, & adorationē, qua veneramur creaturas excellentes, & pertinet ad duliam.

5. Si itaque vt etiam notat Caius Palanus tom. 2. tract. 8. disp. 3. Fundamentum adorationis est dignitas personæ, quamvis major dignitas in orbe existit dignitate Summi Pontificis? Ergo rite, & licet per aperitionem, & inclinationem capitū eius nōmen adoratur.

6. Probatur nostra opinio auctoritate Aristotelis lib. 1. enclorū cap. 1. quia, inquit, fieri non potest, ut res ipsas referentes, disputemus, nominibus vñiūt pro ipfis rebus, tanquam signis; & quod accedit in omnibus, in rebus quoque arbitramur accidere: quemadmodum iij, qui calculis supputant, &c. Si ergo nomina substituimus loco rerum, & accipimus pro ipfis rebus, & tanquam vicaria rerum, etiam nōmina Pontificum substituimus, & accipimus pro Pontificibus, & ideo illa adoratio, quæ potest adhiberi personis significatis per nomina, potest extendi ad ipsa nomina tanquam ad signa vicaria personarum. Et quamvis saepè in scriptura per figuram metonymiam, nomini tribuantur quæ conueniunt rei, aut personæ significatae per nōmen; ut quando dicitur Actorum 4. Non est

aliud nō en datum sub cœlo, in quo nos oporteat saluos fieri; & ad Rom. 10. Quicunque invocauerit nōmen Domini saluus erit: & Ioann. 1. Debet poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius: ut bene notat Vasquez, disp. 108. cap. ii. cit. num. 107. pag. 784. hoc ipsum tamen clare ostendit id, quod contendimus, tantam esse coniunctionem nominis cum re, & persona significata, ut sumatur pro illa aſpicio, & pro illa substituatur, ac proinde quod adoratio, & cultus latræ, que debetur persona, possit deriuari, & extendi ratione illius etiam ad nōmen.

7. Et licet de nominibus Christi, & Dei negat Sors 1.2. de iustitia q. 4. art. 2. in fin. pag. 124. & Cordubensis l. 1. quæfl. 5. dub. 1. §. Idem obiectum pag. 71. & dub. 4. in respons. ad primam confirmationem 7. arguimenti pag. 83. col. 2. quod sint adoranda, sicut adorantur Imagines, quia solū implicitè, & confusè repræsentant Christum, & Deum, & solū ad placitum, & ex nostra institutione dicunt nos in illorum memoriam: non autem quod habent vñlam veram attributionem, aut pertinentiam ad res ipsas significatas; & quod auditus, & lecti hujusmodi in nominibus caput aperiamus, aut genuflexiamus, non est quia adoremus ipsa nomina, sed solū quia adoramus ipsas personas significatas, & rememoratas per nomina. Sed oppositum aliqui assertant, & tenendum putant; Probatur, quia licet res inanimata non sit adoranda secundum se, cùm in se non habeat excellentiam, ob quam adoratur, tamen si spectetur ut subrogata in locum rei adoranda, potest adorari: sicut adoratur exemplar cum prototypo: tum quia si quis nominibus sacris infret ignominiam, peccat contra Religionem: ergo ex pracepto Religionis nominibus sacris tribuendus est honor: ergo nomina sacra adoranda sunt. Et hæc omnia latè probat ex Suarez, Vasquez, & aliis Pater Baldelli in theol. mor. tom. 2. l. 3. disp. 8. n. 5. loquens de adoratione nominis Christi, & Beatae Virginis, quæ quidem procedunt seruata proportione, & e modo, quo fieri potest in adorationem nominis Pontificum.

R E S O L . X.

Quare Eminentissimi Cardinales ordinarie non gemitunt ad occursum Pontificis, nec eius pedes osculantur.

Et de osculatione circa manus Pontificis aliqua curiosa obseruantur. Ex part. II. tract. addit. 1. Refol. etiam 10.

§. I. **A**d difficultatem sic respondet Joseph Stephanus in sapientia lide osculatione pedium Romani Pontificis c. 19. vbi sic ait: Hæc tamen exempla veterum Ecclesiæ disciplinam à nobis copiose demonstratam minimè evertunt, aut infirmant; cùm perfecti viri, qui virtutibus plurimam pollent, vel Ecclesiæ gubernationi insistant, & inuigilant, non semper ad pedes iacere, sed quandoque ad Christi caput accedere dicuntur à Beato Cyriolo Alexandino in lib. 1. in Lenitum his fere verbis: Ex tribus feminis, quæ Christum congerunt triplex Ecclesiæ status deducitur, nam quæ simbriam vestimenti tremebunda terigerat, incipientum; quæ caput Christi vnguento peruxerat, perfectorum statum expressit. Et fortasse non absurdè Cardinalium confutudo multis ab hinc annis constantissimè seruata, ex hoc sanctissimi Patris testimonio defendi potest. Qui post unam, vel alteram

alteram pedum osculationem, quam Pontifici Maximo in eius electione deferunt tantum, deinde manus, vel os inter Missarum solemnia, cum ad ea celebranda conueniunt, osculantur. Eiusmodi in his amplissimis Patribus perfectorum status confisit, fides nostra stabilitur, & totius Ecclesie fundamento firmantur, cum super eos totius orbis cura sit posita. Ne igitur absurdum esset, eos, in quibus Pontificale oltum, cœlestisque ianua oboluuntur, semper supplicum more iacere, aut humiliationem pedum deferre (quod ab incipientibus, & Cathecumenis fieri solitum in Ecclesia docet Origenes in cap. 15. *Mathai*, & Augustinus de fide, & symbolo) merito Patres relicta pedum osculatione, caput Pontifici demittere, inclinare cervices, corpus reverentiae causa inflectere, atque incurvare sunt soliti, ut illud oraculum firmissimum foret, sub quo curvantur qui portant orbem. Hucusque Episcopus Vetus.

2. Et post illum Ioannes Lorinus in *Acta Apostolorum* c. 10. v. 25. sic afferit: Hoc tempore Cardinales ac multis retro annis post unam, aut alteram pedum Pontificis osculationem in ipsius electione, deferunt ei manus tantum, vel os inter Missarum solemnia, cum ad osculum admittuntur; sunt enim Pontificis, ac Ecclesie totius patrarij Consiliarij, ac veluti cardines, super quos Deus posuit orbem. Ita ille.

3. Sed hic notandum est, quod licet Domini Cardinales non adorant ita sibi Pontificem, genuflexione, & pedum osculatione; adorant tamen illum osculo manus, ut ante Missam in Capella Papali semper ab ipsis efficitur, ut supra notatum est. Probatur. osculum manus adorationem significat, ut eruditè probat sapientissimus Magister Raphael dela Torre in 2.2. *D.Thomæ tomo 2. questione 48. disputatione 5. artic. 2. num. 22.* vbi sic ait: Superest, ut de reverentia, & adorationis osculo, quod præsentis instituti est, nonnihil dicamus; aduententes osculis ab antiquissimis temporibus solempni significari affectum, & recognitionem submissionis, reverentiae, aut gratitudinis: quod ad adorationem externam pertinet, ex definitione à nobis allata de adoratione clarum est: fuisseque in vobis utrissimum, & frē cum ipsa natura ortum huiuscmodi adorandi modum testantur sacri autores, & prophani: Cicero orat. 5. contra Verrem ait: Agrigent, quod oppidum est in Sicilia, aeneum fusile Herculis simulachrum, quod os, atque mentum detrita haberet, propter frequentiam scilicet eorum, qui eō venerantur gratia osculaturi accederent. Et Prudentius cum cultus, & adorationis rationem deserbet, quo antiqui Solem prosequerantur, inter cetera dixit: Eos, equis quoque, qui Solis currum traherent pedes fusile osculatos. Et de manuum osculatione multa statim. Nunc autem adorandi modum per oscula, frequentiorum fuisse apud Hebreos, patet ex multis facta Scripturæ locis, *Ezher.* 5. Regina osculando summittat sceptri Regis Aßueri Regem adoravit. Et Sunamitis similiiter apprehendit pedes Eli sei, nivitum hos oscularita in reverentia signum, *quarto Regum 4.* Et Rex Nabuchodonosor pertinens sapientia Danielis cededit in faciem suam, osculatus, nempe, eius pedes, *Danielis 2.* Eandem adorationem præstissime Alexandrum Iaddo Sacerdoti Magno Hebreorum narrat Iosephus lib. 21. cap. 18. & *Luc. 7. de Magdelenæ*, & 8. de Iairo. *Actorum 10. de Cornelio.* Denique oscula ad Religionem, & adorationem maximè apud Hebreos pertinere, vel ex eo colligere licet, quod verbum osculandi

Hebraum Nasak, ad adorationem refertur sæpius, *Psal. 2.* vbi vulgata habet: Apprehendite disciplinam, ponitur verbum præfatum Nasak, quo promiscue videntur Hebrei pro osculari, & adorare. Hieronymus vertit: Adorate purè: quam versionem defendit in Apologia contra Ruffinum. *Sepmagima*, & alij: Osculamini filium, in quo fit allusio ad veterem adorandi modum per oscula, ut Hieronymus adnotauit: & *Osee 13. v. 10* nos legimus: Vitulos adorant. Pagnus, Regia, Tigurina legunt: Osculantur vitulos: & Hieronymus ait, sic vertit Aquilam: & *Genes. 41.* illud quod Pharaon de Iosepho dixit: Ad tuū oris imperium cunctus populus obediens: legit Regia: Super os tuum osculabatur omnis populus. Hoc nempè signo, te illorum esse Dominum ostendentes: Ecce non solum apud Hebreos, verum apud Ægyptios, qui se omnium antiquissimos iactabant, mos erat osculis submissionem, ac reverentiam erga aliquem proficeri, quod ad adorationem pertinere certò certius est. Præcipue autem huiuscmodi adorationis modus in osculo manuum exercebatur, ut patet 3. *Reg. 19.* *Iob. 31.* & Apuleio *Apolog. 1. lib. 4. de asino aureo;* *Minutio in Octau. & ex Plinio citandis.* Hæc omnia Magister Torre.

4. Quæ quidem satis ostendunt, Eminentissimos Cardinales dum ad osculum manus Pontificis admittuntur, signo illo exteriori, (vi alijs genuflexione, & pedum osculatione) nempè osculo manus, Summum Pontificem venerari, ac adorare; Vide Ioannem Wigers de *iust. tract. 8. cap. 3. dub. 1. num. 1.* qui etiam docet, manus ex osculatione esse signum adorationis.

R E S O L . X I .

Sub qua adoratione comprehendatur adoratio Pontificis ad Lauriamne, vel ad Duliam?
Et opinio Caramuellis afferatur. Ex part. 11. tract. addit.
Res. etiam 11.

§.1. Atis itaque superius probatum est ex orationibus, & perpetuo vobis Ecclesiæ, licet Pontificem à Christi fidibus adorari, nunc videndum est, ad quam adorationem reducenda sit adoratio Pontificis, & ad hoc dubium sic nouissime respondet doctissimus, & amicissimus Abbas Joannes Carapuel de *Hierarchia Ecclesiastica libro 1. disputatione 60. num. 680.* vbi sic ait: Si Deus solus est adorandus, quomodo Summus Pontifex adorari præcipitur? & si iste adorari debet, aut potest, cessat lex illa, quæ creaturas adorari interdictit.

2. Respondeo, adorationem esse duplicem, Latræ, & Dulæ: illâaque Deo deberi, istam vero dicere reverentiam, & cultum, qui hominibus competere queat. Adho vtramque deberi Pontifici Summo, sed diuersimodè considerato. Potest enim considerari ut quod; potest ut quo, & consideratur priori modo, quando ut persona; & posteriori, quando ut imago, umbra; quando ut Prochristus; quando ut Pro Deus, hoc est Christi Vicarius. Professus Dulæ cultum nemo Patri Optimo Maximo negare audebit, qui sciat in tabulis diuinis legem esse, quæ parentes honorati præcipiat. Hic cultus debetur Pontifici considerato ut quod, quatenus enim homo est, est homo sacer, homo summus, & ceteris viuenteris prelatus. At si consideretur ut quo, ut Vicarius Christi, ut via ad terminum,

Ecc. 3. vbi

vbi cesser errandi periculata, Latria cultum requiri, eo sensu, quo cetera imagines Christi, cultum inquam, qui non terminetur ad lapides, ad ligna, non ad carnem, aut sanguinem, sed ad Christum. Doctrina est clara; & ne obtorqueri queat ab iniido posui illa verba, vbi cesser errandi periculum: si enim scandalum aut proprium, aut alienum, aut aliqua iniuria Deo aut finista aliqua explicatio huius cultus praevideret, debet omnino intermitte. Ne ergo in re magni momenti erremus, haec subiungo: Est ob oculos Christi sanguis (hoc est totus Christus) in auro Calice. Actum latræ religio postulat, & elicio. Quem ergo adoro? Calicem? Si Calicem, aurum adoro, quod non est Deus: ergo non sum Theolatra, sed Chrysotistra, adeoque Idololatra. Debeo igitur adorare ut quod, & tanquam latræ terminum Christum, qui continetur à calice: non Calicem, qui continet Christum; nam ille solus, & non iste est Deus. At cum dico esse Christum in Calice, Calicem considero ut quo, Christum ut quod, illum ut medium, illum ut finem; illum ut viam, illum ut terminum, & adorabundus per Calicem ad Christum venio. Hoc sensu adorantur imagines, nam Deus est, quod imago docet, sed non Deus ipsa. Et quia multæ sunt remotæ, & aliae proximæ, idè multæ remotiùs, & aliae proximiùs coluntur. Creature remotissimæ imagines Creatoris sunt, & cum illum in eis adoro, ad eius notitiam ab illis, & per illas conducor, illum adoro ut quod, illas ut quo. Deinde Dei Patris, & spiritus Sancti pingimus hieroglyphica, & symbola: non enim imagines possumus; quia enim pure spiritualia, corporeis coloribus nequeunt imaginari. Christus ut Deus, & homo est, ciusque imagines, quia proprius Deum repræsentant, proprius coli dicuntur. Deinde Crux est signum visibile, & nomen Iesu signum audibile, quo Christus proximè repræsentatur, & eorum eis subetur, ut omne genuflectatur, Cœlestium, terrestrium, & Infernorum; sed cuius ligno, an aëri? neutri? Crucis enim plerumque sunt ligni, voces semper ex aere, & interim non ligno, non aëri Cœlum, aut Terricolarum, aut Demorum genua flecentur, sed ipsi Christo. Iuber Apostolus nomen Iesu adorari, & rationem subiungit, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris; non enim hæret in signis, & symbolis, sed per hæc (ligna, & voces) ad Deum venit. Et quia inter alias imagines Prorex est Regis imago intelligibilis, cultu, quo cetera materiales Regis ex digniore motu honorari debent. Ergo idem dicitur Pro Christo; quo enim sensu est intelligibilis imago Christi, eo debet coli sicut ceteræ imagines. Hucvsque Caramuel.

RESOL. XII.

Referitur circa eamdem difficultatem opinio Tanneri. Ex part. II. tract. addit. I. Resol. etiam 12.

§. I. **I**nclita Religio Societatis Iesu ferè semper fuit & erit debetum virorum frarum, ac inter eius præstantissimos Theologos floruit Adamus Tannerus natione Germanus; Is itaque difficultatem præsentem perturbat, sic assertit tom. 3. disput. 5. quest. 2. dub. 2. num. 60. Sanctorum cultus sacer in genere quintuplicè distingui potest. Declaratur assertio. Primum enim ille est, quo coluntur solum impræcipiè; cōd quod Deus in illis colatur, velut in sua creatura, & imagine: qui vtique latræ cultus est. Et tametsi hic cultus, vt in aliis rebus creatis per

se, & ex sua natura non est illicitus, moraliter tamen, & regulariter erga sanctos non est adhibendus, vt speciatim de B. Virgine dictum assert. precepit.

2. Secundus cultus, quo coluntur ipsi, velut templo, serui, filii, amici, & domestici Dei ob excellentiam Dei increatam; qui cultus respectuus est, & ex veriori sententia, quamvis vera, & perfecta latræ non sit, sed ea multò inferior, ad ipsam Religionis virtutem pertinere, vt docet etiam Lessius lib. 2. capite 36. dub. 2. numer. 15. & dictum in similis assert. 3. quidquid Vazquez lib. 1. de adorat. num. 166. neget, cum cultum ad virtutem Religionis pertinere.

3. Tertius cultus est, quo coluntur ob intrinsecam, & absolutam excellentiam gratiæ, & donorum spiritualium: qui cultus propriè ad dulcæ virtutem pertinet, à Religione distinctam, iuxta communiorum, quia haber rationem colendi diuersam à latræ.

4. Quartus quo coluntur velut capaces eiusmodi donorum, & ad ea diuinitus destinati: quæ dignitas sanctis cum impiis communis est: & erga hos, quād illos maiori ratione vspurbilis: cum in illis inueniatur excellentiæ ratio colendi, non autem in impiis. Atque hic cultus habuit à priori non differt: cum primaria ratio colendi sit ea deum.

5. Quintus cultus est, quo coluntur ob officia, seu munera sacra, quæ iuxta diuinam ordinationem in Ecclesia obeunt: vt Sacerdotis, Episcopi, Vicarij Christi, &c.

6. Et in his rursum distinctione videtur opus. Nam vti Legatus Regis (quod rectè notauit Bellarminus lib. 2. de cult. imag. cap. 20.) dupliciter coli solet; Primo quidem perinde ac si Rex ipse esset, honore planè regio: quod tunc præcipue vbi venit, cum Legatus sui Regis nomine matrimonium contrahit, aut possessionem accipit. Deinde iuxta propriam dignitatem Legati à regia veluti derivatam, cultu quadam inferiori ritu in proposito, Vicarius Christi duplice potest honore coli. Primo per simplicem mentis apprehensionem, agnoscendo quodammodo in illo Christum, cuius personam, & munus suffinet: & hoc modo codem cultu, quo Christus vt homo colitur, adorari possit: ita quidem vt talis cultus propriè, ac per se ad Christum, per accidentem vero solum, & relatione ad Vicarium tenderet: quod tamen honoris genus existimo consuetum non esse: secundò iuxta propriam dignitatem Vicarij à Christi dignitate, quam vt homo, & supremus Ecclesiæ moderator habet derivatam, honore quadam inferiori: quem ipsum tamen ad eum habitum pertinere censeo, quo Christus idem, vt homo colitur, vt paulò antea num. 50. est dictum. Hæc oūnia assertit Tannerus loco citato.

RESOL. XIII.

Opinio Theophilii Raynaudi proponitur, videlicet, quod Pontifex, adoratur adoratione Hyperdulia. Ex part. II. tract. addit. I. Ref. etiam 13.

§. I. **H**yperduliam ad Beatissimam Virginem pertinere tradunt communites Doctores, & quidem si consideretur in Beatissima Virgine excellentia intrinsea, quam habet, ex maternitate, & ex gratia, & sanctitate, qua maximè præstat aliis omnibus tam Angelis, quam hominibus, verissime

mē afferit Sanctus Thomas 3. part. quæstion. 25. dub. 5. & 2.2. quæst. 101. art. 4. ad 2. quod illi debetur hyperdulia, ad eā dulia, & seruitus eminentior, quām communiter debetur aliis Sanctis, vel (si licet ita loqui) superseruitus: quia enim nulli pūra creaturæ per se, & intrinsecè potest debeti latrīa, & excellētia intrinsecā Virginis per maternitatem & sanctitatem ita in se est aliquid creatum, vt tamen singulariter excellat omnibus aliis excellētiis creatis: ita illi est exhibendus cultus superior ad omnes alios, qui possunt exhiberi putis creaturis, & hic est cultus hyperdulia. Et quānus hoc nomen apud veteres Patres non sit vñstatum; rellē tamen illud excogitarunt Scholastici ad significandam hanc eminentiam cultus, vt notat Valquez tom. 2. in 3. parte, disputatione 99. seq. 1. num. 2. Nec de vocabulis est laborandum, quando conitatur de rebus ipsis significatis per vocabula, vt notat S. Augustinus liber de Genesi ad lit. cap. 4. & apud Suarez in defens. fidei lib. 2. capite 7. num. 4.

2. Et quānus committitur apud fidèles hæ duæ excellētia maternitatis, & sanctitatis, quæ sunt in Virgine, quandammodo confundantur, & dum illam communiter concipiunt, & adorant vt Dei Matrem, simul concipiunt, & adorant vt absolutè sanctissimam & glorioissimam supra omnes alios, & maternitatem intelligent non quasi præcise, & solum formaliter pro ipsa relatione, & fundamento illius proxima; quod est genuisse; sed simul cum aliis, quæ continent quasi virtute, & in radice, & actualiter ex illa manant; & est eminentissima sanctitas; si tamen ab iniucem distinguantur diuersa rationis erit hyperdulia, vel superseruitus, aut emens dulia, quia debetur vñicuique per se; vt enim benè explicat Suarez tom. 2. in 3. parte. disputatione 21. seq. 3. § Tertio; hyperdulia ratione solius gratiae, & sanctitatis erit eiusdem speciei cūm dulia, quæ communiter tribuitur Sanctis. Et sicut gratia, & sanctitas Virginis est eiusdem speciei cūm gratia, & sanctitate Sanctorum, & solum differt secundum excessum, & eminentiam gradus: ita & cultus, & veneratio, quæ utrisque debetur ratione illius; siquidem excellētia, quæ solum attendit secundum quantitatem graduum non diuersificat speciem, vt notat S. Thomas in 3. disputatione 9. quæst. 2. art. 2. ad 4. Et quemadmodum cultus Virginis absolute, & simpliciter, & respectu omnium, & quasi protonomasticè appellatur hyperdulia; quia Virgo simpliciter eminet omnibus in sanctitate; ita & cultus vñius Sancti potest dici hyperdulia secundum quid, & in ordine solum ad aliquem alium, cui supereminet in excellētia gratiae; vt verbi gratia si comparetur cultus S. Ioannis Baptista, aut S. Petri cum cultu infantuli, qui sit mortuus cūm solo Baptismo, & solum habet gratiam baptismatem, & gloriam illi correspondentem, vt subdit ibid. Suarez.

3. Et qua ratione omnis cultus Sanctorum potest absolútè appellari hyperdulia, si comparetur cum dulia communiter dicta, prout est seruitus, ex qua seruitus quicunque exhibet reverentiam suo Domino, vt patet ex S. Thomas 2.2. quæst. 103. art. 4. Vnde & Palud. in 3. disputatione 9. quæst. 2. art. 1. cultum Sanctorum quorumcumque absolútè appellat hyperduliam, & ipse S. Thomas artic. 4. cit. ad 2. hyperduliam ait esse omnem illam, qua exhibetur homini reverentia proper affinitatem, & coniunctionem ad Deum; qualem certè habent omnes Sancti per gratiam, & gloriam; eadem ratione cultus vñius Sancti majoris potest appellari hyperdulia, si comparetur

cum cultu alterius Sancti minoris: & hæc eadem eminētia sanctitatis, quæ est in vno supra alium, non solum postulat ex parte nostri maiorem existimationem de vno, quam de alio, & voluntatem exhibendi illi maiorem honorem, prout res, & occasio tulerit, sed etiam postulat maiorem appreciationem ex eodem Suario ibidem, & ex illa præstationem vnius ad alium, si forte vterque non possit simul coli, & honorari pro dignitate. Et hoc modo etiam Ecclesia secundum ritus sacerdotum officiorum Sanctos aliquos solum honorat officio simplici, & alios semiduplici, aut dupli, primaria classi, & maiore, &c. vt de Apostolis, Evangelistis, & Doctoribus statuit à Bonifacio VIII. cap. unico, de Relig. & venerat. Sanctorum in 6. & si plures occurrant, aut concurant eodem die vnum alteri præferri, & vnum transfert ad vnum, aut plures dies, non autem alterum. Cætera autem ad Hyperduliam propriè cognoscendam, videbis etiam apud citatos Doctores, quibus addit. Baldelmi in theol. mor. tom. 2. lib. 3. disputatione 10. num. 12. cum sequ.

4. His suppositis, affero, Patrem Raynaudum in suo Monastico Pontificio subnotat. 3. fruct. 1. reducere cultum Pontificis ad hyperduliam; sic enim afferit: Porro spectata tam sublimi Pontificis dignitate, quæ est venerationis Pontifici debitæ fundamentum, addendum est non qualem curvum cultum ei esse impendendum, sed supra communem ordinem cultus Religiosi Sanctis tributi, ita ut cū Sanctis exhibetur cultus dulce, spectata sola eorum sanctitate, Pontifici tamen debeatur cultus hyperdulia: Nam eius coniunctio cum Christo quoad fundamentum reverentiae est longè altior, quidquid sit de sanctitate personali. Si cū Beata Virgo, quia habet excellētiam specie dicuelam ab ea, quæ fundatur in gratia, nempe maternitatē, colitur adoratione superiore, quām sit ea, quæ fundatur in sola gratia sanctificante; vt recte statuit Suarez 1.2.3. part. disputatione 22. seq. 3. qui anceps est, an cultus ille sit Religionis strictè sumpta, quia oritur Dei, & Christi adoratio, an vero oriatur à speciali habitu, ob specialem Virginis dignitatem cultus prædicti fundatricem. Quod secundum circa B. Virginem, mihi placet, & ob paritatem rationis idem statuo in praesenti circa cultum impensum Vicario Christi. Hucusque Raynaudus.

RESOL. XIV.

Opinio authoris, & aliorum adducitur, nempe adorationem Pontificis reducendam esse ad adorationem Dulie: Ex part. II. tract. addit. I. Resolut. etiam 14.

§. I. **O**mnis opinione superius allatas existimo satis probabiles, sed ego magis adhære oportioni Doctorum afferentium adorationem Pontificis esse ad adorationem Dulie reducendam. Et ita tener Lessius de inst. lib. 2. capite 26. dubitat. 3: numero 18. cum sequ. vbi sic ait: Multa sunt obleruantia species, sicut & multæ dignitatum, & excellētiarum; illæ tamen magis interna estimatio, & affectu reverentiae distinguuntur, quam opere externo, vt patet ex dictis capite 36. dub. 2. Idem enim opus externum, vt procedit à diuerso affectu interno, & ad testandam diuersam excellētiam ordinatur, est diuersæ speciei moralis, & diuersæ virtutis;

Ecc 4 2. Primò

2. Primo igitur diuidi potest obseruaria in politicam, & religiosam, politica est, quæ ob dignitatem politicam, vel excellentiam humanam cultum defert; talis est qua coluntur Principes, Magistratus, & alij dignitate sæculari conspicui; item magistri à discipulis, domini à seruis, patroni à clientibus.

3. Religiosa est, quæ ob dignitatem, vel perfectionem cœm Religionem coniunctam, vel diuinum numen respicientem cultum exhibet; vt quando quis honoratur vt Sacerdos, vt Prophetæ, vt Sanctus, vt Beatus. Dicitur Religiosa, non quia actus eius est à virtute Religionis, sed quia ipsi Religioni affinis, & cum ea coniunctus.

4. Hæc rursus duplex est: alia enim est naturalis, qualis fuisset in statu nuda natura, & modo esse potest vbi Sacerdotium, & cultus dicimus sola ratione naturali vel constat, vel assimilatur. Alia supernaturalis, quæ ob ministerium supernaturale, vel ob aliquam excellentiam supernaturalem cultum defert; talis est, qua honorantur Sacerdotes, Episcopi, Pontifices, & alij Ecclesiæ Ministri, & Religiōsi: si tamen corum dignitas apprehendatur, & admittetur, vt oportet. Cum enim hac non sit politica, sed supernaturalis, & ad Deum specialem ordinem habeat, necesse eriam est, vt estimatio interna affectus, reverentia, animique submissio sit alterius rationis, quam in cultu politico; & consequenter externus quoque cultus, quo hanc submissionem nostram, & illorum excellentiam testamur, induit alterius virtutis rationem; signum enim accipit speciem ex ordine ad rem signatam. Multum ergo falluntur heretici, cum putant homines in hac vita non posse, nisi cultu politico coli; et si externa nota submissionis politico cultui, accommodetur.

5. Supernaturalis obseruaria diuiditur in duliam, & hyperduliam. Dulia dicitur, quæ cultum exhibet Beatis ob sanctitatem, vel beatitudinis statum; eandem puto etiam extendi ad viatores, quando ob sanctitatem, vel dignitatem supernaturalem honorantur; sanctitas enim hujus vite, & futura, est eiusdem ordinis, est ibi sit perfectior. Haec enim Lessius, qui vt vidisti, adorationem, qua Summus Pontificem veneramus, ad adoracionem Dulie reducit, quia non solum Beatis in Cœlo, sed etiam viatoribus adhuc in terra exhibetur potest.

6. Sed audiamus Patrem Nicolaum Baldellum in *Theol. mor. tom. 2. lib. 3. disput. 117. num. 9.* ita loquente, & nostram sententiam confirmantem Reclè (ait) potest dici, quod hic habitus se extendit ad cultum Sanctorum non modo post mortem, & dum regnant in Cœlo, sed etiam dum vivunt, & sunt in humanis; est enim etiam sanctitas in hac vita eiusdem rationis cum sanctitate in alia, eiisque cultus, & veneratio simul proficisciuit ex eodem dictamine fidei, & ex eodem affectu Religionis, & pietatis.

7. Et propter has rationes, quod se extendat hæc eadem virtus, etiam ad cultum, qui aliquibus exhibetur specialiter propter aliqua dona, aut potestates, aut prærogatiwas supernaturales, vt, quando honoratur, v. g. Summus Pontifex, quia est Vicarius Christi, vel aliquis alius, quia est Sacerdos, vel Prophetæ, vel Evangelicus, & Apostolicus Prædicator, &c. exhibent enim sine dubio hi omnes honores ex sola fide, & ex affectu Religionis; & idem ad illos bene potest se extendere virtus dulie, cum hic etiam cultus nou sit solum ciuilis,

sed Religiosus, & sacer. Et quemadmodum res sacra, quæ ordinantur aliquomodo ad Eucharistiam, & ad Christum, ad eantur ex eadem virtute latræ, ex qua adoratur ipsa Eucharistia, & Christus, ita & Sacerdotes, & Prædicatores, & Prophetæ in quantum sunt Ministri, & instrumenta sanctitatis, reddere possunt adorari dulia, Ita Baldellus. Et ideo nostram sententiam sequitur Anton. Mazaronius *tract. de ador. & ofcul. pedum Pontificis cap. 1.* vbi testatur de communi sententia Doctorum assertum, adorationem Pontificiam pertinere ad duliam. Dico igitur latram, & hyperduliam ad Deum, & Beatum Virginem Speciam; duliam vero non solum Sanctis in Cœlo existentibus, sed etiam viatoribus adhibetur; & hoc non solum propter eminentum sanctitatem, sed etiam propter dignitatem, gradum, ministerium, & quidem efficitur in Summo Pontifice.

R E S O L . X V.

Brenius digressio de gestatione Pontificis super humeros, & cum Regio in capite, quod vulgo Chamaurus appellatur. Ex. patt. 11. tractat. addit. 1. Resolut. etiam 15.

9. 1. P ræsentim Pontificem reuerenter adoramus, cum in quibusdam diebus solemnioribus procedit ad Capellam gestatus super humeros cum tiara in capite, de quibus in gratiam Lectionum hic pauca perattangam, & de leuatione super humeros, affero de hoc more agere Barboſam de *inr. Eccl. lib. 1. cap. 2. num. 90.* & ex illo Machadus de *perf. Confess. tom. 2. libro 4. part. 7. tractat. 4. docum. 18. num. 3.* vbi sic ait: [Es tambien privilegio del Pontifice, aunque no de Derecho, sino de costumbre, y devocion de los fieles, que sea llevado publicamente, y con solemnidad en ombros dellos; i que todos grandes y pequeños sin exceptuar los Emperadores, Reyes, y Monarcas del mundo en reconocimiento de su grandeza, y suma pedestad le besen los pies de rodillas, protestando con esta humilde, y piadosa accion la obediencia, y sujecion, que todos deuen a la sede Apostolica y sus Pontifices.

2. Vnde ex his Joseph Stephanus in *tractatulo de hac materia* ad Antonium Cardinalem Caraffam, post multa sic asserit: Constat igitur Pontificem Maximum à sellariis, (id est lectorariis hominibus) per Vrbem in sellari (id est in sella curuli insigni) delatum fuisse, & ab ea descendente obuiis manibus (vt ait ordo Romanus) exceptum. Quod multorum Pontificum exemplis aperte demonstrari potest. Nam Stephanus I. vt refert Platina, & Franciscus Ioannetus *capite 90.* humeris in Basiliacam Constantianam, & inde Lateranam delatus est; & Hadrianus II. in Lateranensem Ecclesiam a Clero, & proceribus deportatus, vt habeat *dist. 63. c. 63.* ... Cum Hadrianus II. ad Romanum Pontificatum ab Ecclesia Dei genitricis Dominæ nostræ, quæ dicitur ad Præsepe trahetur ad Lateranense Patriarchium: certatim a Clero, & proceribus & plebe deportatus est.

3. Leo etiam VIII. cum Summus, & vniuersalis Papa Romana Ecclesiæ tertio fuisse acclamatus ad Lateranense Palatum secundum consuetudinem cum laudibus ducitur, vt ait Luitprandus *lib. 6. cap. 11.* Et certo tempore in Ecclesia sancti Petri ad sumnum Sacerdotium facta consecratio tollitur

Qua Sum. Pont. Cathol. ven. Resol. XV. 333

attollitur Gregorius I X. auróque circumcinctus ad Lateranum ducitur.

4. Quod planè cíquam mirum videri non debet, cùm ab Isaiā hæc Pontificū celebris gestatio prædicta iam fuerit cap. 49. & assertens filios tuos in vlnis, & filias iupet humeros portabunt; ea quidem causa, quia in magno pretio a mundi Principibus futuri erant Ecclesiæ Præsides; nec aliquid honoris, studij, officiique genus ab illis prætermissum, quod Ecclesiæ magistratibus consonum videretur. Accedit hue, idè Pontificem in altum deferri oportere, vt populum, ouësque Christi sibi creditas cícumspicere, eisque faulta precatione benedicere, & populi rursus illum in sublimi loco præsidentem commode spectare, & ex vultu pæstorem possent agnoscere: vt inde protectionem fidei conciperent maximam, quod aspicerent Christi Vicarium, & Petri, in eo quasi throno gloriae successorem. Hucusque Stephanus.

5. Et quidem hic mos apud veteres extetiss. pet. ex Herodiano lib. 7. ita afferente: Erat puer quidam infans ex Gordiani filiis natus, nomen aut refrens, hinc submissis quibusdam, afferri ad se iusserunt, qui cùm domi ludibandum offenserint, impositum in humeros per medianum ferebant multitudinem, plebi ostentantes, ac nepotulum Gordiani dicitantes, vocantesque eum nominatum, populo acclamantes, & convergente puerum frondibus. Hinc Cornelius Tacitus lib. 7. afferuit: Impositosque scuto more gentis, & sustinuentum humeris vibratus, Dux eligitur; de cuius quidem more, lege Pithocum lib. 2. aduersiorum cap. 6. & Principes olim succollari, & gestari humeris, patet in Othono apud Sueton. in eius vita cap. 6. & quidem pietatem Christianorum, & maiestatem Pontificis, quando egreditur ad celebrandum in magnis festiuitatibus inuenio graphicæ descriptam in illis Virgilij lib. 4. Georg.

*Illum admirantur, & omnes
Circstant frenitis densis, & pantque frequentes,
Et sapienti humeris.*

6. Quod gestationem verò Regni in capite, quod Pontifex in illis diebus gerit, liber hoc adducere verba Patris Raynaudi in *Onomastico Pontificio subnotat.* 3. fruct. 1. ita eruditè loquentis: Eam verò tanquam luculentum Hieroglyphicum exprimit Pontificia tiara, seu mitra, ac Regnum. Ita vocant textum è tribus coronis, quarum quæ media est, cumulat eam, qua in loco ponitur; sicut ipsa media cumulatur à tercia, & summa. Iulius Bullengerus l. de vestimentis sacris cap. 4. ex Innocentio III. mitram, & Regnum, seu coronam discriminat; sed Paschalius l. 9. de coronis. cap. 14. duo illa in Pontificio Regno nocti docet, & multus est in exquirendis variis rationibus strictrè tripli corona ornamenti: quod diffusè quoque prosequutus est Antonius Mazzarionius tral. de tribus coronis Pontificis Maximi, cap. 3. Ratio triplicis illius corona Pontificia, quam profert Wolfgangus Lazius l. 2. comment. Reip. Rom. cap. 3. minime omnium placet. Ait, triplicem esse Romanii Pontificis coronam, quia sub Patriarchatu suo habet Italianam, Illirycum, & Africam. Hæc ratio est insufficientissima. Nam Romanus Pontifex est Patriarcha Occidentis, nec illis dumtaxat tribus Provinciis summo spirituali iure praest, sed tribus vniuersi orbis partibus; vt proinde debuerit Lazius rationem potius petere ex subiectis Pontifici tribus, hoc est omnibus planè Christianis. Quod si rationem habere placeat illius distributionis regionum, quia indulxit aliis Patriarchiis immediatam regionem quarundam regionum saluis filii semper excubiliis, quas ei potestas Petri inabdicabiliter com-

mittit; ne sic quidem ad ternarium Provinciarum arcenda est immediata eius rectio. Nam Patriarchatu Romano sub sunt multò plures Provinciae, quæ tres enumeratae, vt Germania, & totus Septentrio, Gallia, Britannia major, maior Hispania, quarum regionum quælibet potentior est, quæ Italia, Itaque Pontifex non iam ternas, sed septenas, vel octonas, aut etiam plures gestare coronas deberet, si Lazij ratio esset idonea. Probabiliora sunt quæ Caesar Costa l. 1. varia. ambiguitatum cap. 1. in hanc rem proferre, ex tripartito Christi Regno, Vicaria Romani Pontificis præfectura spirituali obnoxia, tribus tituli Cracis idiomaticis expresso, vt Sanctus Chrysostomus in cap. 19. Ioann. Philosophatur. Item ex tripli corona Pontificibus debita, quarum unam habeant vi. Summi Sacerdotes aliam ex Constantini Magni donatione, tertiam ex munere Clodoci Regis Francorum, vt Anastasius in Hornimda memorat. Mazzarionius cap. illo 3. huc aduocat mulierem Ägyptianum tribus regis coronis decoram, vt exhibere ut foile filiam, vxorem, ac matrem Regis, quod refert ex Piero lib. 41. hierogl. V. Annulus, aptaque ad Ecclesiæ Vicarij Christi filiam, & sponsam, ac matrem. Addit etiam tres coronas Lungæ Reginae ex Ludovico Cœlio lib. 1. cap. 19. Subtilius, & accuratius philosophatus est in hanc rem Carolus Pachalius dicto cap. 14. Sed mihi appositè philosophatus videbor, si dixerit, triforme hoc culmen Pontifici competere, vt præcessæ eius maiestatis, ad celestia, terrena, & inferna pertinentis, hieroglyphicum luculentum. Nam & in terris arbitrio pro Christo sedet: & quidquid resolut in terris arbitrio, erit solutum super Cœlum: & pro animabus reatus temporari reliquacribus ignes emendatarios sustinentibus, litrum ex Christi fisco sibi commisso potest annumerare. Quid quod vel ipsa sola in superstites fideles potestas, tam protensa, vt nullum non comprehendat, tam fundata, vt nulla vi, nullis portarum Inferi motibus disici vñquam potuerit; tam nobilis, vt quod nulla alia magnorum, qui sunt in terra iurisdictione habet, sola sit supernaturalis, omnibus denique eximia, & præcellentissima Monarchia prærogatiis conspicua, triformi illo coronatum textu, perfectam fidem omnium sub huius spiritualis potestatis iura subiectionem insinuante, meritissime expresa est; Et hæc omnia docet Raynaudus ubi supra.

7. De hac corona mentionem facit Innocentius III. serm. 3. de coronatione Pontificis, Ecclesia sponsa non nupsit vacua (loquitur de se ipso) sed dotem mihi tribuit absque pretio pretiosam spiritualium plenitudinem, & latitudinem temporalium; magnitudinem, & multitudinem vtrorumque. In signum spiritualium contulit mihi mitram (loquitur enim de se Innocentius Papa) in signum temporalium, dedit mihi coronam, mitram pro Sacerdotio, coronam pro Regno illius me constituens in Vicarium, qui habet in vestimento, & fæmore suo scriptum, Rex Regum, & Dominus dominantium.

Sed agè nunc de Mitra, & Regia Corona aliiquid dicamus, vt quantum Ecclesiasticis moribus, hæc ornamenta accommodata videantur, breuiter explicemus.

8. Mitra igitur apud Suidam capit. redimiculum dicitur; & l. 28. ff. de auro, & argento legat. vt explicat Brissoni. Apud Eusebium lib. 2. cap. 1. fine lamina nominatur, qua Iacobus frater Domini ornatus est quamprimum ab Apostolis in Episcopum Hierosolymitanum fuit consecratus. Quod planè ornamenti genus licet ab Aaron, & eius filiis originem duxerit, postea tamen in Ecclesiam translatum est, vt eo om-

nes

nes omnium fere nationum Episcopi vterentur. Polyctetes Ephesus laminam gestavit, ut ait Eusebius lib. 3. cap. 21. cum Ephesi sacerdotio fungeretur. Alij quoque Pontifices omnia fere Sacerdotum veterum ornamenta, talare tunicam, stolam, seu celestem gloriae coronam, hoc est mitram apud Eusebium lib. 10. cap. 4. gestabant, ut ornatiores, & insigniores apparerent, & de iis plura Amalarus, Rabbanus, & alijs grauissimi authores docuerunt.

9. Sed haec quidem, quae de mitra dicuntur, multorum hominum consensione recepta, ac comprobata sunt: quae vero de Regno, seu Regni corona explicari debent, non nullis sunt tenebris inuoluta, quae pro ingenio tenuitate, disolvantur.

10. Sed non deserunt alii edicere, hoc ornamenti genus a Constantino Magno originem duxisse, ut ex actis B. Sylvesteri colligatur. Quam sententiam omnes Pontifices amplectuntur, ut Leo I X. epist. adversus presumptionem Michaelis cap. 13. & Innocentius II I. serm. 1. de B. Sylvistro confirmauit: Constantinus secedens Byzantium coronam capituli sui voluit B. Sylvistro conferre, sed ipse pro reuerentia clericalis corona, vel utilitatis causa noluit eam portare. Verum tamen pro diademate Regio, vtitur aurifrigio circulati: & paulo post, Romanus itaque Pontifex in signum Imperij vtitur Regno, & in signum Pontificij vtitur mitra; sed mitra semper, & vbiq; vtitur, quia Pontificalis auctoritas est prior, & dignior, & diffusior, quam Imperialis.

11. Et hanc sententiam tenet Joseph Stephanus in lib. de coronat. Romani Pontificis, qui plura etiam circa hanc materiam adducit: Hoc unum ego addam, ad hunc morem allofisi Joannem in Apoc. 14. v. 14. dum ait: Et ecce super nubem candidam sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream: quae quidem verba Cornelius a Lapide exponens, obseruat, Aureolum per hunc Angelum accepisse Stephanum Papam: sed magis generice dixit Iaia cap. 61. ver. 10. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimenta salutis & indumento justitiae circumdedi me, quasi sponsum decoratum corona; Summus enim Pontifex sponsus Ecclesie vocatur a Concilio Generali Lugdunensi, adducto in cap. ubi periculum, de elect. in 6. & ibidem cap. Quoniam, de immunitate, Turectemata lib. 3. summa Ecclesie a cap. 27. usque ad 31. cum aliis, ergo merito dicendum est, quod de illo afferri Propheta corona decoratum fuisse. Vnde Cornelius a Lapide exponens locum supradictum Iaiae, nostram sententiam confirmare videtur; sic enim ait. Porro alludit ad vestes, & ornatum Pontificis Exod. 28. qui mirus erat vti & apud Christianos est. Ita Cornelius.

12. Sed hic obiter detestanda veniunt verba insani Hotomanni contra Bullam Sixti V. cap. 2. sic debacchantis, vocare Romanum Pontificem sponsum Ecclesie, esse blasphemiam qua nulla vniquam ex Erebbo prodierit capitalior, aut detestabilior, cum id sit Pontificem statuere procum Reginae, & Regi Regum cornua appingere. Ita ille. O lingua præscindenda! o manus detruncanda! sic hereticus. Nonne Christus est Caput Ecclesie verè quidem: nam de ipso dixit Paulus: Et ipse est caput corporis Ecclesie; & tamen Pontifex dicitur etiam Ecclesie caput, ut vocavit illum Concilium Chalcedonense epist. ad Sanctum Leonem, & exponit Gabriel lect. 3. in can. à littera E. usque ad litteram G. Quare ergo non possumus vocare & Christum, & Pontificem sponsum Ecclesie decoratum quidem corona. Itaque quando illum sic vocamus, neque Reginae procum, neque Christo riyalem inducimus, qui Christum &

vnum, & solam primarium Ecclesie sponsum novimus, cuius non Patris semine cœlesti satos, & in spem æterna hereditatis ab eo solo obuentur, progenitos gratularimur. Sicut tamen alios suos titulos Christus, qua est erga genus nostrum benignitate, cum plerisque puris hominibus communes esse volunt, ac nominantur, qua erga Romanum Pontificem Vicarium suum est gratia, plerosque titulorum sibi principaliter propriorum, illi communicate dignatus est (vocatur enim Christo ipso auctore pastor ovilis, & Ecclesie caput, utique visibile, ac Christo per omnia subordinatum) ita vt de sponsi Ecclesie titulo eidem Pontifici attributo philosphemur circa Christi iniuriam, inquit cum summo eius honore, & summe erga nos prouidentia suspicione.

13. Itaque contra Hotomannum, & alios hereticos, recte vocatur Pontifex sponsus Ecclesie, & corona decoratus, ut dixit supra Iaia, ac non solum una, sed tribus, ut portat in sua sacra tiara; sed quare tribus? Audisti antea ingeniosam expositionem Raynaldi, audi & aliam Iosephi Stephani ubi supra. Merito ait: triplum coronam capituli approbat Pontifex Maximus, ut se aliis Regibus gloria, auctoritate, ac rebus gestis superiore ostenderet. Ita illle.

14. Hinc modestè dicendum est, loquutum fuisse Symmachum Papam in Apologet. ad Anastasium Imperatorem, dum dixit: Conferamus honorem Imperatoris cum honore Pontificis; inter quos tantum distat, quantum quid ille curam rerum humanarum gerit, iste divinarum. Tu Imperator, a Pontifice baptismum accipis, Sacra menta sumis, orationem poscis, benedictionem speras, penitentiam rogas. Postrem tu humane administras, ille tibi divina dispensat. Itaque ut non dicam superior, certe aequalis honor est. Nec te putas mundi pompa præcellere, quia quod infinitum est Dei, fortius est hominibus. Modestè dixi loquutum fuisse Symmachum; nam non æquari tantum, sed longè anteferri oportuit spirituali Imperium supremum, cuicunque temporali. Et ideo S. Bernardus loquens cum Eugenio lib. 2. de consider. cap. 1. dicit: Parent super terram non habes. Et Michael Imperator apud Sangallensem lib. 1. de rebus Caroli Magni cap. 28. Ille Papa Regnum habet per se, & nostro præstantius. Et quidem principatus inferior, qualis in unoquoque Episcopo cernitur, ut tradidit Rodericus Episcopus Zamorensis lib. 2. Specul. vite humana cap. 1. Chrysostomus lib. 3. de Sacerdot. in initio. & homil. 5. de verbis Iaiae: Vidi Dominum in initio. Clemens Romanus lib. 2. confit. cap. 34. & alij, improprietabiliter, & inadæquabiliter supererat Imperium quodecumque terrenum. Ideoque nulquam legimus eo honore affectos Imperatores, quo affectum legimus supremam spiritualem Principem, Romanum Pontificem, reverentiam ab eius conpectu, & dignatorum beata eius præsentia, pedibus figurant oscula, & vestium parte rapiantur, ac pro reliquis asseruentur. Quod facere Äthiopas, suis Roma reverentibus, scribit ad Eugenium Papam anno 2441. Nicodemus Abbas Vicarius Patriarchæ Äthiopicæ, Iacobum Navarrum, ex quo Sanderus lib. 6. Monach. num. 1122.

15. Merito igitur Pontifex tribus coronis ornatur, ut observat Stephanus ubi supra, stante ejus auctoritate super omnes Reges, vnde Damiani vocavit illum Regem Regum, & Principe Imperatorum, & quia eius verba sunt pulchra, ponam illa per extensum: respondebat enim ad quæsumus, quare Pontifices celeti morte defungantur, itavt non attinquent dies Petri, sic itaque ait opus c. 23. cap. 1. Videntur nobis, quia idcirco hoc cœlestis judicij ordo disponit,

ut humano generi metum mortis incutiat, & quam despicienda sit temporis vita gloria, in ipso principatu evidenter ostendas, quatenus dum praecipuis hominum, tam angusti temporis compendio moritur; tremefactus quisque ad praestolandum sui obitus custodiam provocetur; dum cacumen, aut verticem suum tam facile corrue considerat, statu concusla formidinis, in suis vndeque ramusculis contremiscat. Addit postea Damianus, Deum id potius assequi morte Pontificis, quam morte Regum, & Imperatorum: Quia (ait ille) cum unus omni mundo Papa praesideat, Reges autem plurimos sua cuiusque Regni meta concludat, quilibet Imperator ad Papam vobigia corruit, tanquam Rex Regum, & princeps Imperatorum, cunctos in carne viuentes honore, ac dignitate praecellit. Vnde quolibet Rego defuncto, administratione eius, Regnum tantummodo, cui praetererat, destituitur. Cum vero Sedis Apostolica Pontifex moritur, viuens tanquam communis Patre mundus orbatur: Quid enim Africa de Regibus Aiae, aut quid Ethiopia de Principibus sentit Hespeia? Nam siu moriantur, siu viuant qui procul a te remoti sunt, utrumque indifferenter ignorant. Papa vero quia solus est omnium Ecclesiarum viuens Episcopus, cum luce priuatut, mors eius per ampla terrarum Regna diffunditur. Et sicut Sol, quia solus lucet, si eclyptum forte sustineat, prestat necesse est, ut tenebras totu rbiique mundas incurrit, sic Papa cum ex hac vita recedit, illuc quia unus in mundo est, longinqua Regnorum spatia mortis eius fama percurrit, & consequens est, ut quos tam sublimis, singularisque personae causa obturbar, propriæ quoque vocacionis exitum tremefactis visceribus expulcent. Haec omnia eloquens Damianus, ex quibus apparet amplitudine Romahii Pontificis, & quomodo (vt vistum est) a Damiano vocetur Rex Regum, & Princeps Imperatorum; non est igitur minus, si ipsi vna tantum, summus vero Pontifex tribus coronis decoretur, & adoratione ab ipsissimis Regibus, & Imperatotibus, & viuens orbe humiliter veneretur, ut superiorius satis probatum est.

RESOL. XVI.

An si aliquis Pontifex, (quod Deus auertat,) effet impius, scandalofus, &c. sit auctio modo, quo supra, a fidelibus adorandus? Ex part. 11. tract. addit. 1. Ref. etiam 16.

Satis igitur ex superiorius dictis firmatum remanserit ex vix perpetuo Ecclesiæ, & ex rationibus, ritè à Christi fidelibus Pontifici adorationem exhibitam ad Julianum pertinere; quam quidem adhibendam esse etiam Pontificibus (quod Deus auertat) malis, & scandalosis, omnino tenendum est. Nam dicta adoratio præbetur Pontifici ratione ministerij, & dignitatis, sed dignitas Pontificia manet adhuc in Pontifice impio, & scandaloso. Ergo ratione illius ministerij, & dignitatis adorandus etiam venit. Et idcirco Iohannes Caramuel *ubi supra de Hierar. Eccles.* lib. 1. disp. 60. num. 580. postquam declarauit quomodo adoratio competat Pontifici, subdit postea, talem adorationem non impediare fragilitatem humanae naturæ, & imperfectiones personales (nam & Summi Pontifices homines sunt, nec omnes a sinceritate laudantur) si enim è ligno putrido, & vernis dentibus terebrato formas crucem: inad (quod sine horrore vix pronunciem) si è Caini, aut Iudei, aut cuiuscumque aliis hominis dannati cineribus liquororum conficias quo Crucem † presentem efformes, non obstante

indignitate materiae, adorabo istam erucem, non secus ac Eucharistiam, quam Hæreticus proiecit in stercore; quoniam à materia præcindit mea deuotio figuram respici, & illam adorat vi q. 10, & per figuram tanquam per viam progrediens, ad Christum peruenit, quem adorat vi quod. Ergo imago intelligibilis est Christi Summus Pontifex, & licet (quod Deus auertat) non sit bonus, cultus, dignus. Ita Caramuel cui addit Theophilum Raynard, in *Onomast. Pontif. subiect. 3. frust. 6.* Ex quibus sequitur, quod nullus Pontifex potest deponi a Papatu propter quocumque crimina horronda, & scandalosa; feculso dilecto hæretis; & ita tradit Iacobus Granado in 2. D. Th. contru. 1. tr. 7. disp. 2. fct. 4. n. 20. & communiter schola Theologorum. Scio. Turrecrematam 1. 4. part. 2. cap. 37. adducere sententiam cuiusdam Marsiliij assertentis, quod si Papa sit incorrigibilis deponit etiam possit propter alia crimina preter hæretum, quam etiam sententiam videtur insinuare Gloria cap. Si Papa. 40. dif. & tenet hæretici nostri temporis, quos refert Bellarminus 1. 2. cap. 26.

2. Certissima tamen est conclusio, & absque errore negari non potest, quod Papa propter nullum aliud criminem preter hæretum possit deponi, quod propter Doctores cit. doct. ut semper solet, firmat Magister Io. de S. Th. in 2. 2. D. Th. disp. 8. art. 3. fol. 736. & aperte colligitur ista conclusio ex e. Si Papa. 40. dif. e. Ques. 2. q. 7. vbi dicitur Papam a nemine iudicari, nisi sit deus à fide, & Patres Concilij Sinuensis clara voce dixerint Marcellino: Tu teipsum iudica (quia videbunt illum resquiesce) quia prima sedes a nemine iudicatur. Et in Concilio Rom. sub. Silvestro dicitur: Papa nec à Regibus, nec ab Ecclesia, nec à toto Clero, neque a populo iudicatur. Et idem docuit Nicolaus Papa in epist. ad Michaelem Imperatorem, idemque habetur in Concil. Rom. sub. Sixto III. & in epist. Concil. Calcedonensis ad Marianum, & Valentiniatum Imperatores; & in epist. eiusdem Concilij ad Leonem Papam, qua habetur actione terita, damnatur Diocorus, eo quod in quadam conciliabulo voluerit ferre sententiam contra ipsum Leonem Papam; cum Papa a nemine debeat iudicari.

3. Et ratione probatum haec opinio, quia Romanus Pontifex est caput Ecclesiæ, ergo non potest iudicari à tota Ecclesia, quia est inferior; neque à iure; quia auctor illi est aequalis nec denique ab Imperatore (vt dicunt hæretici nostri temporis) quandoquidem fæcularis potestas etiam si Imperatoris sit; inferior multò est, quam spiritualis, quæ residet in Papa, vnde in *Conf. Milenii, can. 19.* prohibetur causa Clericorum deferri ad Reges, vel Imperatores, vel ad iudices faculatus, quare Constantinus Magnus in *Conf. Nicen.* (vt refert Ruffinus 1. 10. cap. 13.) noluit audire, neque iudicare causas Episcoporum; & Basilius Imperator in *or. qnam habuit in fine VIII. Synodi aperi* hanc veritatem est confessus:

4. Nec obstat dicere cum hæreticis, multa adesse exempla, in quibus Iudices fæculares causas cognoverunt Ecclesiasticorum. Imò cum Pilatus dixisset Christo, nescis quia potestatem habeo, &c. Christus respondit *Io. 19.* Non haberes potestatem aduersus me vilian, nisi tibi datum esset deluper: Et Paulus *Act. 22.* dixit: Ad tribunal Cæsaris sto, vbi oportet me iudicari; Cæsarem appello; ergo si Pilatus respectu Christi habuit potestatem, & Cæsar respectu Pauli, multò magis iudices fæculares respectu Summi Pontificis. Respondet ut ad primum exemplum, Pilatum fuisse indicem de facto, non tamen de iure respectu Christianam sicut Christus patiente volunt sustinere mortem, & crucifixi, ita volunt similiiter ab homine iudicari, sicut *Mauth. 27.* volunt solitè

vibatum

tribatum Cæsari , quod de iure non debebat : Illa autem verba, quæ Christus dixit Pilato : Nisi tibi datum esset defuper, permisissæ intelligenda sunt secundum Chrysostomum, & Cyrillam in hunc locum. Quia etiam ratione eodem capite intelliguntur illa verba Christi: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Vbi non de potestate iurisdictionis, sed permissionis est sermo.

5. Ad secundum respondeo, quod Paulus iudicari voluit à Judice Cæsaris non de iure, sed de facto, vnde Röm. Pontifices non sunt de iure subditi Imperatoribus, licet de facto missi sunt plures in exilium, ut Liberius à Constantino, Siluerius à Theodoro, imò & depositi fuerint. Hæc omnia docet Franciscus de Castillio in 3 sent. 10. 2. disp. 16. 9. 12. qui postea n. 9. contra le obiicit, quod in aliis communitatibus prouisum est remedium contra Principes criminosos, & incorrigibiles, ut deponantur; ergo idem etiam potest fieri in Ecclesia respectu Romani Pontificis; alias Christus, non sufficienter prouidesset sua Ecclesiæ. Respondeo elle diuersam rationem, quoniam Principes aliarum Communitatibus recipiunt potestatem, & iurisdictionem ab ipsis, & ita propter tyrranidem, &c possunt ab eisdem deponi. At vero Romanus Pontifex non ab Ecclesiæ, sed à Christo accipit potestatem, & ita ab illa deponi nequit, nisi in eau hæresis, quod ipsum ius Divinum ostendit, dum dixit, hæreticum hominem deuita. Ad id autem, quod dicitur, quod Christus non sufficienter prouidesset sua Ecclesiæ. Respondeo Montesinus cum Caetano, cap. 27. ad 5. & cum D. Th. in 4. diff. 19. q. 2. art. 3. quæst. 3. ad 2. quod Romanus Pontifex immediate est sub prouidentia Dei, ad quem pertinet, aut non permittere, quod cadat in prædicta criminis, vel quod si cadat corrigitur, aut si non, quod tollatur è medio. Ad Ecclesiæ autem pertinet Deum orare, ut hæc præstet, & suos monere filios, ut agant paenitentiam suorum peccatorum, propter quæ sola Deus permetteret regnare malos Prælatos. Hucusque, Castillo,

6. Et idem rectè novissimè Eminentissimi Domini mei Cardinales in Sacra Congreg. Indicis impoſuerunt nigrum thetæ super decisiones Vlispionenses Emanuelis Themudo Lusitanum in par. 1. decisi. 71. num. 14. afferbat cum Decio conf. 151. num. 6. Pontificem posse accusari, aut iudicari in crimine scandaloso, & licet dictus Themudo poscitur se correxit in quibusdam foliis immissis, & directis ad Eminentiss. Dominum meum Cardinalem Coccinum, quos penes me habeo; tamen in ipsis dicit aliqua, quæ etiam censura, & correctione indigent.

R E S O L . X V I I .

Respondetur ad argumenta Hæretorum superioris in Resolutione prima apposita, & adducitur ratio, quare D. Petrus respuit adorationem Cornelij: Ex part. 11. tract. addit. 1. Ref. etiam 17.

§. 1. **S**Vperest modò respondere ad argumenta, quæ contra licitam adorationem, qua Catholici Summos Pontifices venerantur, petulanter hæretici adducunt. Et primò afferunt, quod Act. 10. D. Petrus respuit adorari à Cornelio, & tamen hodie Pontifices honorem, quem Petrus recusavit cum magna exorbitantia non reverentur admittere. Respondeo, hoc Petrum effecisse, quia Cornelius aliud aliquid diuinum de illo cogitabat, ut obseruat D. Hieronymus Vigilant. & idèo ne erraret, noluit eius adorationem admittente; quod patet ex ipsis verbis, ait enim

Lucas: Petrus verò eleuauit eum, dicens, & ego ipse homo sum. Vnde ex sacra scriptura contextu poterant hæretici obseruare, priùs Cornelium occurruisse, deinde stratum ad pedes, tum ab Apostolo sublevarunt, ut illi ex animo errorem eriperet, quo sibi persuaserat Petrus Deum esse. Ergo ipsi tueri ad pedes non obstat Petrus, sed per errorem, hominem, qui Deo debetur, sibi deferenti obstat, ac erexit humo, dicens: Surge, ne feceris, & ego ipse homo sum.

2. Eodem pacto respondendum est ad alia exempla in contrarium adducta; vnde Castrus Palautoz. 11. 8. disp. 2. num. 2. sic ait: Quod si virgines hanc inferiorem adorationem noluissent sanctos viros aliis praeflare, nec sibi permittere, ut constat ex Epher. 3. 13; vbi Mardochæus noluit genuflextere Aman; & Petrus prohibuit Cornelium se adorare volentem Act. 10. & Paulus, & Barnabas recusarunt à Lycaonibus adorari Act. 10. & quidem Angelus prohibuit Ioannem, ne scipsum adoraret. Ergo convenientem non esse hominibus, & Angelis adorationem. Facilius est horum solutio. Mardochæus enim noluit genuflextere Aman, ne videretur homini, honore Deo debitum deferre; erat enim mos Iudeis, nullum alium praeter Deum continuè honorare genuflexione, ut tradit Azor. l. 9. cap. 10. gnaſt. 3. Aman ergo non semel, aut iterum postulabat hunc honorem, sed continuè noluit ergo Mardochæus sic continuè honorare, ne scandalum præberet, & ne diuinum cultum ad hominem transferre videretur. Petrus verò ex modestia honorem alioquin sibi convenientem recusauit. Paulus item, & Barnabas adorationem illam recusarunt; quia Lycaones tanquam Ethnici, & Gentiles, adorationem Deo debitam illis præstare volebant. Angelus autem adorationem Ioannis recusauit, tum ex urbanitate, tum ut indicaret, quanti ab Angelis humana natura post Verbi assumptionem estimabantur: & præcipue quanti Sacerdotes, Apostoli, & Deo charissimi estimantur. Hucusque Palaus; cui adde Tannerum tom. 4. disp. 5. quæst. 2. dub. 1. num. 2. o. Petiramus in Genes. tom. 3. cap. 17. num. 7. 10. Lorimum in Act. Apóst. cap. 20. v. 2. Alanium Copum Dial. 3. cap. 7. Valent. tom. 3. disp. 6. quæst. 11. punct. 5. & ante omnes omnium Magistrum D. Th. in 2. 2. 9. 84 ad 1. vbi ita afferit; Secundum reverentiam quæ creaturæ excellenti debetur, Nathan adorauit David, secundum autem reverentiam, quæ debetur Deo, Mardochæus noluit adorare Aman timens ne honorem Dei transferret ad hominem, ut dicitur Epher. 13. Et similiter secundum reverentiam debitam creaturæ excellenti, Abraham adorauit Angelos, & etiam Iosue, ut legitur Iosue 5. quamvis possit intelligi, quod adorauerint adoratione laetæ Deum, qui in persona Angeli apparebat, & loquebatur. Secundum autem reverentiam, quæ debetur Deo, prohibitus est Ioannes Angelum adorare, Apoc. v. 10. tum ad ostendandam dignitatem hominis, quam adactus est per Christum, ut Angelis æquetur; vnde ibi subditur: Conseruus tuus sum, & fratum tuorum etiam ad excludendam idolatriæ occasionem; vnde subditur: Deum adora. Ita D. Th. quibus adde ex SS. Patribus D. Athanasium ser. 3. contra Arianos, & D. Augustin. 1. contra Faustum cap. 2. 1.

3. Rectè itaque exemplo Cornelij Centurionis, Pontifices ut successores D. Petri adoramus, & idem Cornelius à Lapide explanans locum Apoc. cap. 10. v. 25. sic afferit, Exemplo Cornelij fideles adorant Pontificem eumque genuflexi osculo pedis venerantur, quod novent hæretici. Ita ille, &c.

RESOL.

RESOL. XVIII.

Quare Pontifex vocat se seruum seruorum Dei contra
Theodorum Reinghingh, demonstratur? Ex part. 11.
tr. addit. 1. Ref. etiam 18.

§.1. **S**uperius in ref. 1. adduximus Theodorum Reinghingh cōtra dictum titulum imperitatem, quod etiam fecit Leonardus Waramundus lib. pro causa Colonensi, vbi loquens de Gregorio XIII. qui in quadam Breui vocabatur seruus seruorum Dei, sic impie asserit: Gregorius ius illud diuinum abdicat, cū se nominat seruus seruorum Dei; nam ista appellatione spiritus Dei numquam in scripturis vñs est, nisi vt maledictissimam abiectionem demonstraret, cū apud Mosen, inquit: Maledic tus Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis. Ita ille.

2. Sed quis est, qui absque offensione audiat Waramundus tam insolē, ne dicam malignē, ac liuidē iam ratiocinante, sic scilicet virūm in differendi facultate peritissimum (talem enim se non semel profiteretur) palam est, argumentari. Chanaam seruus seruorum fratribus suis maledictus est: Gregorius ergo seruus seruorum Dei maledictus est: Pulchra nimis collectio, & VVaramundus digna. At certè mirum est, cur ille in mentem non venerit, quam inter se interseruus seruorum fratribus Chanaam, & seruus seruorum Dei. Illud (vt sacra testatur historia) in delicti pœnam impij filii posteritati imprecatus est Noëmus, maledictissimam, ut ait, abiectionem demonstrans, hoc autem tanquam augustinissimum elogium, arque illustrissimum stemma, vñparunt sancti viri, habuerunt Apostoli; quinid Saluator ipse noster ceu clarissimo apposito, illo insigniti non recusauit. Sed deseramus VVaramundum Calvinistam, & respoudcamus ad Theodorum Lutheranum.

3. Dico igitur hunc titulum esse antiquissimum, audi Damasus I. qui quidem ante annum ducentesimum vicecentum suprà millesimum in epist. ad Steph. Archiep. & tria Africana Concilia, illo vñs est, Damasus (inquit) seruus seruorum Dei, atque per gratiam eius Episcopus Sanctæ Catholicae Vrbis Romæ. D. Augustinus eiusdem forè sacerduli scriptor, ad Vitam Carthaginensem, Augustinus, ait, seruus seruorum Christi, idem ad Probam viduam Augustinus Episcopus seruus Christi, seruorumque Christi famulus, Probæ in Domino Dominorum salutem, &c. B. Fulgentius Afer Ruspens, Episcopus, qui sub Anastasio vixit, ad Gallam de statu viduali, Domini verò illustrati, & in Christi amore venerabilis filia Gallæ seruorum Christi famulus. Idem ad Probam, ad Venantiam, ad Eugippium Abbatem, ad Theodorum Senatorem hoc titulo perpetuò vituit; Paulinus Aquileius Praefus aduersus Felicem Vrgelitanum, & Eliphantum Toletan. Scribens; Quapropter (ait) ego Paulinus licet indignus peccator, omniumque seruorum Domini ultimus seruus. Demum post hoc Gregorius ille verè Magnus huius nominis primus ad reprimendam (vt auctor est Ioan. Diac.) Cyriaci, & Ioap. Constantinop. insolentiam, insigne istud cognomen maximè habuit peculiare, illud deinceps reliqui Romani Pontifices frequentius vñparunt. Nec enim vt ex Damaso docuimus, ab ipso Gregorio, titulus iste incepit primū, estque verissimum quod Euseb. Emilius (si modò est Eusebius censendus sit) ducentis quinquaginta annis antiquior Gregorio, sic ait in homil. Dom. xxij. post Pentec. Romanus Episcopus Episcoporum omnium maximus,

Tom. IX.

seruus seruorum Dei in suis epistolis se esse scribit, sed & Bonifacius Episcop. & ultimo loco dominicus testis accedit, qui Gregor. II. & III. Pontificibus in Germania vestra verbum salutis prædicauit, & gentem illam sedentem adhuc in tenebris illuminauit, ad Zaccariam Rom. Pontificem scribens seruum seruorum Dei se vocat. Hæc itaque nobilissima appellatio, qua & rationibus, & exemplis comprobata, est haec tenus, ita iam Roman. Pontificibus vñ venir, vt continua, diuinaque consuetudine, ac styllo firmata, inter solemnia Bullarum Apostolicarum verba merito annumeretur. Si enim Pontificium rescriptum illa careat falsitatis suspicionem minime declinabit, vt verè docent omnes Canonici iuris Interpretes: tam est peculiare, & proprium Pontifici Romano Maximo, & summo, seruum seruorum Dei appellari.

4. Verū ad confirmationem supradictorum non deseram hic apponere verba doctissimi, & amicissimi P. Theophili Raynaudi in suo *Onomast. Pontifici lit. S. ver. Seruus seruorum Dei*, qui ita asserit: Atrogantiam Iohannis Lejunatoris Constantiopolitani Patriarchæ, qui superbum nomen Patriarchæ, Occumenici, sive universalis assumpserat, modestia insigni specimine contundere volens S. Gregorius, vt scribit Io. Diaconus lib. 2. de vita capite 1. & Anonym. apud Henricum Casistum tom. 6. antiqua leib. necnon Alarius Pelagius l. 2. de planctu Ecclesiæ capite 13. Itemque Archidiaconus, & Io. Andreas ad proem. 6. *Decretal.* & Io. de Anania ad proem. 1. *Decretal.* ac Genebaldus in *Chronico anno 604.* aliisque passim de antiqua Ecclesiæ dimisso eo splendido titulo, quem vñspare iure poterat, in sensu non excludente particulares Episcopos, cœpit vñspare titulum serui seruorum Dei. Initiatione fortè Damasi, qui se ita inscriperat, recensibens Stephano Carthaginensi, & tribus Conciliis Afticanis. Exemplo Sandtiss. Gregorij omnes deinceps Pontifices adhibuerunt eum titulum non iam obiter vt Damasus fecerat imitatione ab aliis non expressus, sed tanta constantia, vt rescriptum, quod eo titulo careat, habeatur adulterinum, vt scripsit Io. de Anania ad proem. l. 1. *Decretal.* Et quāquam ab eodem S. Gregorio informatus S. August. Anglia Apostolus, inscriberat se ipse quoque seruus seruorum Dei, vt eius acta, id quod etiam sepè facit Desiderius Caturicensis in epist. & eundem sibi titulum adscribit Diedericus Aleutenis ep. 31. inter Gerberti epist. nec non S. Io. Eleemosinarius in suo testam. & S. August. in *in script. epist. 121.* quorum vestigiis instans videatur S. Bonifacius epist. ad Fidrad. Abb. constatque omnes re ipsa posse, ac debere preferre quod continetur hoc titulo. Tamen vñs inualui, vt in actu signato nemo seruorum Dei seruū se appellat, præter Rom. Pontificem, qui, vt ait Gerbo leib. 3. de vita spirit. non sicut humilitate, sed metaphysica, & morali, ac theologica veritate seruum le omnium nominat. Consentaneè ad Origenem hom. 6. in Isai. & S. Hieron. in epitaph. Nepotiani, qui docent, Episcopos ad seruendum, non ad dominandum assumi, quod maximè valet de Episcopo Episcoporum. Explorandum verò est Caftaldus lib. de Imperat. quast. 43. in fine, vbi cum Io. Fabro ait: Papam per iocum se vocare seruum seruorum Dei. Hoc falso dicitur, nam ex animo, & verè S. Gregorius eum loquendi modum induxit, & vñspurant successores. Sicque implementum videmus quod Christus prædixerat; Qui se exaltat humiliabitur. Vnde scit. Glossa cap. quies 1. quast. 7.

Roma tibi quondam suberant Domini Dominorum.
Seruorum seruui, nunc tibi sunt Domini.

F

Hæc

338 Tract. IV. De Adoratione,

Hæc omnia Raynaudus, & ante ipsum Georgius Polacchus in *Comment. ad Bullam Vibani VIII. de Iubilao anni sancti seculi 3.* & Gonzalez Ponce de Leon contra Wramundum *cap. 2. per tot.*

5. Vide etiam ad ornatum tituli, quo Summi Pontifices vntuntur, ea quæ eruditè obseruat Michaël Muclerus de *Monarchia Eccles.* tom. 1. par. 2. l. 1. cap. 9. per tot. Unde ex his patet, quām immoritè contra dictum titulū i' & Summos Pontifices coventes Theodorus, & Waramundus, & alij hæretici surrexerint.

R E S O L . XIX.

Quare Summus Pontifex non solum calceamento Crucis signatus sed etiam colore rubeo vtratur? Ex part. 11. tract. addit. 1. Ref. etiam 19.

§. 1. Obseruat Augustinus Barbosa de *iure Eccles.* lib. 1. cap. 2. num. 90. quod Pontifex semper, & vbique lansis, & candidis vestibus vtratur, iuxta illud *Eccles.* 9. Omni tempore vestimenta tua sine candida: & ego obseruat pro casu nostro, Sacerdotes veteres vsos fusile calceamentis candidis: & idē Appian. l. 5. de bell. ciu. de M. Antonio ita scribit: Calceamenta candida, qualia Atheniensium, & Alexandrinorum Sacerdotes (quos Phœasios appellant) de ferre consueverunt, sibi assumpit. Et de huiusmodi Sacerdotibus, & calceorum ab illis denominatorum meminit Seneca l. 7. de benef. cap. 21. Pythagoricus, inquit, quidam emit à Satore Phœasia, & Iuuenal. sat.

Præfacionum vetera ornamenta Deorum. Quare igitur Pontifex cùm alias, vt plurimum, eandis vestimentis, tamen calceamentis vtratur coloris rubei?

2. Respondeo, quod S. Leo IX. epist. 1. que est ad Michaëlem, & Leonem, demonstrat Pontificatum Romanum esse Regale Sacerdotium, etiam spectata terra dominatione; id est nota Pontificem à Constantino Magno donatum insignibus Imperialibus; & cap. 38. (successores S. Petri iam in terris retinere specialem dignitatem terreni, celestisque Regni) monetque Græcos, ne inuidant. Inter ea porro Regia potestatis insignia, quæ à Constantino collata Rom. Pontifici prodit S. Leo, calceos purpureos distinxerat Balsamon. Erant enim calcei purpurei nota cultus principalis, iuxta eam, quæ habet Basilius Imper. in *capitulo ad Leonem filium cap. 63.* & iuxta illud Corippi lib. 2.

Purpureo sura resonant fulgentem catinam,
Cirraque puniceis induxit regia vinclis
Parthica Campano delevant qua tergora faco,
Qui solet edomitos viator calcare Tyrannos
Romanus Princeps, & barbara colla domare,
Sanguineus prælatarofis, landata rubore,
Lectaque pro sacris tactu molissima plantis,
Augustis solis hoc cultus competit uti,
Sub quorum est pedibus Regum crux.

3. Procopium Imperio inhiante, ad calceos usque purpuratum exhibet Annian. lib. 26. Rubra talaria cum pyramide margaritis distincta, in cuius summitate lapis purpureus resulgebat, fusilli Regum insignia ait Gregor. Logotheta in *Chron. Constantinop.* pag. 41. & 42. Patriarcha Constantinop. referente Europalate in histor. Isaci *Comment.* purpureos calceos sibi debet inde confirmabat, quod inter Sacerdotium, & Regnum nihil interesse diceret, vel ad modum parum. Alia dabit Baldwinus lib. de calceo 6. 10. Debetur ergo multa magis Romano Pontifici:

in et cuius Pontificium, & quocunque Regnum tautum distat, quantum inter humana, & supernaturalia, Vel ex hoc ergo antiquo cultu Pontificis Romanus, apparet eum incribito accesseri Regibus. Quamquam pte, & sapienter Pontifices calceis illis Regibus crucem adiunxerunt. Et hæc omnia, ut semper soler, eruditè obseruat Pater Theophilus Raynaudus in *Onomastico Pontificio littera R. ver. Rex.*

4. Sed ego in calceamentis rubeis Pontificis mysticam significationem agnoscō; volunt itaque Pontifices in illis demonstrare Christi fidelibus ad eorum genua procumbentibus, & pedes oscularibus, volunt, inquam, eis demonstrare se esse redemptos purpureo Christi errore, & tunc adorare Pontificem caput visibile Ecclesie, quam Christus acquisuit sanguine suo, ut ait Lucas *Act. 20.* & ad eius imperium, de quo in superiori ref. diximus calceamentum esse symbolum, & figuram, Christum per crucem petuisse, ut asserit D. Paulus ad *Philipp. ep. 2.*

5. Unde ex his, vi dixi, meritò Pontifices fidelibus eos adoratibus præbent ad osculandum pedem calceo signo crucis, & simul rubeo colore ornatum. Hinc appositi, & eleganter pro casu nostro Episcopus Ioseph. Steph. exponit de calceamentis Papæ vestba illa *Psal. 67.* Ut intingatur pes tuus in sanguine, accipe eius verba cap. 18. Quare omnia (ait) cum à passione Christi habeant firmitatem, non abs te Pontifices vt hanc mysticam intelligentiam significare viderentur, crucem pedibus impresserunt; iuxta illud *Psal.* Ut intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Tunc enim pedes sanguine tinguntur, cùm cruce Christi decorantur; tunc linguae canum ipsomet sanguine imbuantur, cùm hæretici, more canum vestigii summi Sacerdotis oboluti pedes lambunt, & sandalias impressam crucem osculantur.

6. Qui mos usque adeò vetus, & firmus est habitus, vt nusquam Romanum Pontificem depictum, aut marmore expressum, aut ære ductum video, quin etiam præter infumam, & Sacerdotij ornamenta, crucem pedibus appictam cernas: vt ex imaginibus veneranda vetustatis, que in Basilica Laurentiana, & Vaticana multis abhinc annis depictæ sunt, constat. Ita ille, Cuius verba id est notanda sunt, quia Petrus Molineus Caluinita in libro, quem inscriptum de *Monarchia temporalis Romani Pontificis Londini edito;* hanc regulam constituit. Non excedere annos sexcentos, vel ad minus quingentos mera est nouitas, etum de Ecclesia, vel doctrina, vel disciplina agitur. Intendit enim perdidus hæreticus omnia ea, que à Romanis Pontificibus præsertim recentioribus intra hoc tempus peracta, vel determinata sunt destruere, & eorum auctoritatem minovere, ac tollere. Sed in nostro casu omnia etiam tempore Sancti Silvestri, & aliorum veterum Pontificum obserabantur, ut infra patet.

R E S O L . XX.

Respondetur ad sommata Ioannis Fabri, qui Pontificem carpit portantes calceos Crucis signatos, & ostendit humiliatis causam, & ad honorem Crucis ritum hunc à tempore S. Sylvesteri fuisse introductum. Ex part. 1. Ref. etiam 20.

§. 1. A Gnoce, ait S. August. in *psal. 54. v. 1.* gloriam crucis ipsius, iam in fronte Regum crux illa fixa est, cui inimici insultauerunt. Et tamen (ob)garrit Fabrus cum pluribus Hæreticis illam Pontifex delicit ad pedes, & fardo situ calcis infigit. Dico

Qua Sum Pont. Cathol. ven. Ref. XX. 339

Dico igitur morem istum à S. Siluestro Papa incipisse, & postea illum secuti sunt alij Pontifices, vt ex vetutis imaginibus aperiissimè probat Angelus Rocca in obseruacionibus super imagines S. Gregorij, & parentum eius, à Iohanne Diacono conscriptas, & post illum Benedictus Balduinus lib. de calceo c. 27. quibus additum Andream de Saussay de osculat. pedum Pontif. c. 2. per tot. vbi fitmat, signum crucis sandaliis, seu calceamentis Pontificum Romanorum prisco ex more infernum fuisse. Vnde in Ceremoniali Rom. lib. 1. c. 6. sic habetur: Inducitur electus (scilicet Pontifex) Papali habitu, toga scilicet lanea, caligis rubeis, & sandaliis rubicis aurea cruce signatis: Nec aduersus hunc morem obiiciant hereticum Fabro Imperatorum exempla crucem gerentium in manu pro scepro, in capite pro corona. Ab his enim pietate Papa se vincit non patitur; à quo potius quanto honore crux habenda esset edocerentur. Nihil magis liquidem in ornata Pontificis est, quod effulget. Crux ei pro baculo est, ac virga pastorali. Crucem in tiaze sua fastigio pro exquisitiori gemma praefert. Hanc pallio Papali ante, & retro ac circumquaque acu intextam gestat super humeros, super pectus; pendulamente aliam habet, qua à sine suo super cor defluit. A capite igitur ad pedes usque cruce insignitus est: hocque ornato torus eius decoratur apparatus, ut sic cum Apostolo gentium illuminatore jam profiteatur, le tantummodo gloriari in cruce Domini sui, Gal. 6. v. 14.

2. Quam eriam sandaliis seu calceamentis fixe-
runt, ut Christi fideles eorum genibus adueluti, &
ad eorum prostrati pedes, deosculentur non tam eorum
pedes, quam Christi triumphale signum ad-
uent, & D. Petri simul pro ipius Domini clarifica-
tione Crucifixi sacra vestigia clausa confixa veneren-
tur. Itaque cum primùm Pontifices agnoscerent, univer-
sus passim Christianos pietatis & honoris ergo
ad suorum pedum oscula prouere, ut à se honorem
illum, ad Christi Domini gloriam transferrent,
Crucem, quæ præcipuum est gloriae eius monumen-
tum, calcis suis adtexi curauerunt. Sic enim fa-
ctum, ut Christiani homines, eum honorem, quem
Pontifices per pedum eius oscula habentes ibant de-
latum, cruce in ipsius calcis perspecta in Christum
præserunt referunt; atque adeo ipsum ore contingere, impresisque labii suauari yiderentur.

3. Hæc ratio, qua maximè summorum Pontificum humilitas, atque Religio commendatur, ab Angelo Rocca, & Benedicto Balduino fuit antehac obseruata: sed hoc cum discernime: quod Bal-
duinus, ut à se profectam illam assignat: Rocca se à Iosepho Stephano, cuius etiam profert ipsa verba, aperit mutuatam profitetur. Quæ cum verissima, ac efficacissima sit, euadit utique consecutaneum; quam antiquus sit ritus deosculati pedes Rom. Pontificis. Si enim idem crux posita fuit in sacris eius calcis, ut que oscula eis à fidelibus reverentia causa infie-
gebantur, ad Christum, cum toto honore, qui ex
piò hoc obsequio dimanabat, velut ad authorem
Pontificis dignitatis, ac primarium Religionis obiectum, & summum, ac æternum Pontificem
in Papa ipsius Vicario representatum, Christiani
intelligerent à se (ut ab ipso Papa) referenda esse: Et hæc omnia docet Andreas Saussay ubi supra, cap. 5. & Stephanus cap. 18. Vnde ex hac cæmeronia Pontificum humilitas commendari debet, qui cum
omnes populos communī voto, ut docimus,
ad suos pedes adorando propenos agnoscerent,
Cruci Christi osculationem potius, quam sibi
ipsiis tantum honorem deserti maluerunt, ut omnes

Thom. IX.

Christianos benignè ad oscula pedum exciperent.

4. Itaque ut expressam Christi imaginem refer-
rent, ut Salvatoris passionem in hominum memo-
riam redigerent, Crucem sandaliis affixerunt, ut
Christiani homines eos honores, quos debitos, ut
necessarios Pontifici deferebant, cruce perspecta ala-
crius exhiberent.

5. Itaque ritum, quem Pontifices obseruant
vtrandi calcis cruce signatis contra Fabrum, & alios
Novatores, humilitatis causa à summis Pontificibus
introductum fuisse dicendum est.

6. Sed non erit extra rem mysticas significaciones
adducere, quare Pontifices calceamenta crucis signo
adornent. Suppono igitur, veteres aliquando gemmis,
& margaritis calcos ornasse, vnde Plinius lib. 9.
cap. 35. Neque enim (inquit) gestare margaritas,
nisi calcant, ac per vñiones etiam ambulent, satis
est. Hinc puellas Sionides Regiam sacra sponsæ
dignitatem ex calceamentorum ornatu adstrinxunt Can-
tic. 7. cap. Quam pulchri sunt gressus tui in calce-
amentis, filia Principis. Et idem Is. 3. vers. 18. assertur:
In die illa auferet Dominus ornamenta calce-
amentorum.

7. Verum magis pro casu nostro obseruo, olim
Imperatores cum à populis adorabantur, calceamen-
ta gemmis ornata solebant, ut obseruant Alexander
ab Alex. Gen. dier. lib. 5. cap. 18. Eutropius lib. 1. de ge-
fis Roman. 10. cap. 19. Lampadius in Chronic. Cal-
cidorus in Confusilibus Rom. Euseb. in vita Eliogabali.
& in vita Alexandri Senari, cum Seneca lib. 2. de
benef. cap. 12. verum hodie Pontifices non gemmis,
& margaritis ut Imperatores faciebant, sed pretio-
so Crucis signo plusquam gemmis, & margaritis
à Christianis estimando, calceamenta sua ador-
nantur.

8. Aliam mysticam interpretationem adducam,
Lectoribus (ut reor) non ingratam; suppono igitur
calceamenta esse Regum typum, & symbolum do-
minij, & Imperij. Probant hoc Hieronymus Prudus,
& Cornelius à Lapide in illis verbis Ezech. 10. verb.
10. Celestis te hyacinthis; vnde David Idumæam
subiugatur, dixit Psalm. 59. 10. In Idumæam ex-
tendam calceamentum meum: & Psalm. 107. Secun-
dum lectionem Nebiens. Super Reges terræ proi-
ciam calceamentum meum; & idem Io. Loinus ex-
planans ista verba, sic ait: Extensio, aut immis-
sio, aut proiecacio calceamenti, sive super colla-
homini, sive super eorum regionem, denota-
t subigere, ac in potestatem redigere, subiugare, possestionem inire. Ita ille. Clare igitur ap-
paret calceamentum esse typum Regni, & Imperij;
Quod magis confirmatur ex verbis Ezech. 14.
Corona tua circumligata sit, & calceamenta erunt
in pedibus tuis. Quam mira copulatio est ista
calceamentorum cum corona! quia, ut diximus,
calceamenta figura sunt imperij, & Regni.

9. Hoc supposito, ecce mysterium, quare Pon-
tifax gestet in pede signum crucis, cum Christus
peruenisset ad Regnum Ecclesiæ mediante cruce, ut
ipsam canit: Regnauit à ligno Deus; Vnde hoc
Ia. c. 9. ver. 6. prædictum in illis verbis: Et factus est
principatus super humerum eius; secundum expo-
sitionem communem Patrum, quos afferit hic Leo
Castrus, & sentiunt ipsi Hebrei, teste Galatino
lib. 9. cap. 19. Sequitur ex his recte Pontificem in
calceamentis, quæ, ut dictum est, symbolum sunt
Imperij, signum crucis infigere, ad demonstrandum,
Regnum Ecclesiæ, de quo ipse est visibile caput,
mediante cruce prius per Christum obtenuum fuisse;
& postea mediante cruce per D. Petrum, ad ipsum

Ff. 2. Pontificem

340 Tract. V. De Infallibilitate Decretorum

Pontificem eorum Vicarium, & successorem peruenisse.

10. Et ego quidem, (dum genuflexi ante Pontificis pedes cruce signatos existimus) cogito ipsum nobis afflere. Vultis, ne pedes vestri commoueantur? *Psalm. 37.* Vultis, vt pedes vestri dirigantur in viam pacis? *Luc. 1.* Vultis pedes vestros perficere in semitis Domini? *Psalm. 16.* Vultis, vt ipse Dominus custodiat introitum & exitum pedum vestrorum? *Psalm. 120.* Amplectimini crucem, tribulations videbet, & mortificationes; quia haec sunt via Regia, quae dicit ad Caelum; & postea dum eius calceamentum ornatum cruce actu oscularuntur; cogito Pontificem nobis dicere: Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram iniquitatis. Paulus ad *Hebr. 13.* Si vultis super hanc ciuitatem calcamen-

tum extenderet (vt locutus est David ubi supra, id est dominum, & possessionem illius habere) amplectimini crucem exemplo Salvatoris, de quo dicitur, quod oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. *Luc. 24.* Regnum enim celorum vim patitur. *Math. 11.* Et idem per multas tribulations oportet nos intrare in Regnum Dei. *Act. 14.* Itaque ex his mysticis interpretationibus pater apposite Pontificem calcenos cruce signatos gestare.

Et haec dicta sufficiente circa praesentem tractatum, que omnia Sanctissimo D. N. humiliter corrigenda submitto; praemissa prius Adoratione Pontificis; idem procumbens, & pronus in terra eius pedes osculando, in detestationem omnium haereticorum, ingenti animi submissione ipsum venerandus, adoro.

TRACTATVS QVINTVS DE INFALLIBILITATE DECRETORVM ROMANI PONTIFICIS extra Concilium.

RESOLVTO PRIMA.

An Papa possit errare definiendo aliquid de Fide extra Concilium Generale?

Et sententia affirmativa aliquorum adducitur. Ex p. 11. tract. addit. 2. Resol. etiam 1.

S. I. **A**PIENTISSIMVS Dominus Noster Innocentius Decimus nunc feliciter regnans nouissime promulgavit Constitutionem quandam datam Romæ pridie Kalendas Iunij 1653, contra Cornelium Iansenium Episcopum Irenensem, & quosdam alios Iansenistas, in qua ad instantiam plurimorum Gallia Episcoporum potentium declarationem quinque propositionum, illas declarauit, & damnauit tanquam hereticas, vt videre est in dicta Bulla posita in fine tomii quinti, nostrorum operum. Sed eruditissimus Petrus de Marca Archiepiscopus Tolosanus testatus est mihi per epistolam datum Parisis die 19. Iulij 1653, aliquos Iansenistas occasione dictæ Bullæ ausus fuisse asserere, Pontificem extra Concilium non posse determinare aliquid circa fidem, quod etiam ausi sunt dicere tempore fel. mem. Urbani VII I. vt patet apud doctrinam Caramuelum in *Theologia fundamentali, fundament. 4. num. 169.* Propositione ardenti cauterio inurenda. Vnde ego ad compescendam eorum audaciam, & temeritatem illam in hoc Tractatu labefactare conabor, infallibilitatem Romani Pontificis extra Concilium secundum Catholicam veritatem stabilendo. Hoc enim debeo Apostolorum

Principi Petro patrono, ac intercessori meo, qui in suo successore adhuc regnat, & loquitur; nec non Sancta Sedi Apostolica, ac Sanctissimo D. N. Innocentio, quorum humillimus, & indignus minister existo.

2. Itaque ad propositam questionem, respondeo, olim quosdam docuisse, quod quamvis Romanus Pontifex cum Concilio Generali errare non infra est possit in definiendo, tamen si seorsum definiet, post per se sit errare & hanc sententiam tenet Adrianus in 4, tam Sedi sententiarum in materia de Sacram. Confirmat. art. 3. ad Secundum principale. Castro lib. 1. contra heres cap. 1. & latius cap. 8. Germon. tract. de potest. Eccles. Almatinus in 3. dist. 24. q. 5. dub. 6. & alij.

3. Probatur haec opinio, primò, quia non legitur in Evangelio, quod concessum sit hoc priuato in hoc legium Petro, aut eius successoribus, sicut legitur in 8. concilium fuisse toti Ecclesie, que representatur per Concilium Generale *Iean. 14.* Alium *Paraclytum dabo vobis, ut maneat vobis in inuenientem eternum, & ita Ecclesia dicitur columna veritatis.* Vnde *Act. 15.* cum orta esset controvicia de legalibus, non ad Petrum, sed ad Concilium Apostolorum simul cum Petro delata est, vt definitur.

4. Probatur secundò, quoniam ad definendum aliquid de fide debet præcedere sufficiens diligentia, quam certum est fieri in Concilio Generali, sed non ita certum, quod fiat à solo Papa seorsum. Deinde alias frusta congregaretur Concilium Generale ad praeteritum in definendum aliquid de fide. Vnde in *Epistola ad Africanos ad Celestinium Papam* dicitur maioris dumi, & Episcopo